NICOLAI RITTERSHUSII JC.

BREVIS EXEGESIS HISTORICA

GENEALOGIARUM

PRÆCIPUORUM ORBIS CHRISTIANI PROCERUM,

IMPERATORUM, REGUM, DUCUM,

ET QUORUNDAM

COMITUM,

ANTEHAC EODEM AUTHORE

EDITARUM.

OPUS POSTHUMUM.



NAPOLI

TUBINGÆ,

Impensis JOHANN-GEORGII COTTÆ.

Typis JOACHIMI HEINII.

ANNO M. DC. LXXIV.

EDITOR
LECTORI BENEVOLO
SALUTEM!

*D*Ecennium eſt, ex qu[illegible], ſump[illegible]ibus & laboribus meis haud ex[illegible] [illegible] Celeberrimus, N[illegible]COLA[illegible] RITTERSHUSII JCti, qui du[illegible]m non en ſuum[illegible] [illegible]teribus [illegible] monument[illegible] ſæculis tradi-lit, Geneal[illegible] [illegible]um [illegible] Comitum, & Præcipuorum Procerum [illegible] l[illegible]nas Editio-nes tertiâ v[illegible]e an[illegible]iores, [illegible] tuæque ſuaſu [illegible] voluntate in [illegible] cu[illegible] [illegible] nunc in Cœlis Author de præclaro hoc, [illegible] Studÿ genere porrò [illegible]e mereri [illegible] neque e[illegible] [illegible] finem accom-modare. [illegible] Tabul[illegible] [illegible], quæ poſt illud tempus mod[illegible] Author con[illegible], & ego [illegible] meu quoque impenſis, tan-qu[illegible]m Auctarium quoddam pr[illegible] Ope[illegible], in hoc ipſo lo[illegible]edo.

Cœpit intereà quoque dili[illegible]ens in hiſce RITTERSHUSII *labor aliud Opus, à priori haud longè diverſum. Cùm enim probè ſciret, quanta Genealogiis Illuſtrium Familiarum certitudo, quæ ornamenta, quanta lux & perfectio accederent, ſi ex memoria temporum, & rerum geſtarum narratione, adeoque Hiſtoriarum fide, iſta amplius probentur, & illu-ſtriorem habitum accipiant, hoc quoque ſibi datum eſſe putavit, ut certa magis, & ſplendi-da ab Hiſtoria prodirent, quas edidit, Genealogia. Cumque novam hanc operam & cul-tum magni Operis ſenſiſſent jam multi, qui in privati Studÿ Collegiis à* RITTERSHUSII *ore pendebant, à quibus deinceps ad alios hujus rei & inſtituti fama & notitia pervenit, cœpit plures cupido & deſiderium invadere, ut iſta publicè legere, & iiſdem, in luce hominum cla-riore frui liceret. Acceſſerunt mox preces & implorationes ad Authorem, ut hujus rei co-piam ipſe indulgeret; quam ille quoq; tandem promiſit. & mox ejus rei per literas, ut ſæpè ſolebat, certiorem me fecit, inſimul rogans, ut ipſius propoſitum, meis quoque curis & impenſis, uti an-tea faciebam, adjuvare velim. Annui ſtatim huic petito, & precibus tanti Viri, cujus vo-luntati erga me plurimum debui, facilem me præbui. Intereà autem oculis & libros eun-dem morte ſublatum claudere juſſit qui vita, & actionum noſtrarum Arbiter eſt* DEVS. *Non deſij tamen ego poſt illius obitum promiſſis ſtare, & voluntati defuncti ſatisfacere. Ita-que quas in hoc opere & argumento reliquit ſchedas manu ſcriptas, & compactas, prece atq; pre-tio ab ejus Hæredibus obtinui, & comparavi; & has quidem ſine inſcriptione, & titulo Operis; qui à me demum ſimplex acceſſit. Cæterùm hic quoque in edendis Familiis Illuſtribus ſeriem & ordinem tenui qualem Author tradidit & conſcripſit, abſque ullius præjudicio, aut diſcri-mine. Quod reliquam diſpoſitionem & elaborationem totius & univerſi argumenti attinet, omnem eam ſervavi, qualem Author inſtruxit; paucis tantùm in hoc loco ab alia manu, quæ orationem interdum, ejusq; connexionem concernebant, mutatis. Sed & eâdem authoritate omiſi quædam minus huc neceſſaria, quæ ab Authore, alio potius & privato inſtituto, quàm in vulgus propalandi animo, forſan ſcripta & annotata, & quidem ſæpe ſine ordine, erant. Illud forſan deſideras Lector, quòd contextus hujus Operis non ad propiora noſtra tempora excurrat, ſed in de-cennio proximo, & interdum longius quoq; abhinc deſinat. Sed cur id ab Authore factum, con-ſultonè, an forte, aut neceſſitate, neſcio. Forſan autem plura majoraq; meditatus & editurus erat, ſi vita ipſi longior obtigiſſet. Quanquam quæ in Genealogiis & Hiſtoriis ſcribuntur talia*

ſua natura & connexione ſint, in quibus unus operam omnem abſolvere rarò, aut nunquàm poſſit, quoniam iſtis quotidie, & omni ferè die, & hora, novum augmentum & incrementum accedit, quod Scriptorem requirit; quem tamen ſæpe vita prius & valetudo, aut aliud quid, quàm ſcribendi de hiſce materia, & occaſio relinquit. Itaque opera pretium eſt, ut plures exoriantur in Aulis præſertim, ac Conſiliis Principum, & Magnatum, & in cœtu Academiarum, qui conjunctis viribus hæc Studia proſequantur, & nova ſemper poſteritati per novas manus eadem tradant, atque ita ab oblivione quaſi vindicent. Quæ in re magna incommoda & remora quædam inciderunt in plura ſuperiorum temporum ſæcula, cum quibus nos etiam & minores item luctari adhuc oportet. Denique rationem reddere nequeo, cur non plures ex Illuſtriſſimorum Comitum Familiis, præterquam Naſſovica, (in quam tamen etiam Principum dignitas & ſplendor magna ex parte tranſiit) & Leiningenſis, hiſtoricâ quadam exegeſi in hoc opere pertractata ſint. Sive enim Author plura de his & aliis animo concepit, ſed morte prævenius abſolvere nequiit, ſive abſolvit, & Heredibus ſuis reliquit, (quod tamen reſciſcere ab iiſdem hactenus non potui) ſive ſponte omiſit, incertum mihi eſt. De cætero invenies hic Lector de magnis Principibus, & tam toga quàm ſago Nobilibus, prædicationes haud magnificas & fucatas, ſed honeſta & vera teſtimonia, oratione ſimplice deſcripta; quæ ad rerum gubernacula acceſſuro ſcire quam maximè prodeſſe poterunt. Facilius autem & accuratius, imò majori conſtantiâ, propagatur virtus in Familiis. Majores enim ad hanc rem non parum faciunt qui & exemplo ſunt, & animum addunt minoribus: ut contra Parentum obſcuritas plurium animos minuit: ut affirmat Euripides. Facit huc Livius, quando libr. 1. ſcribit: Hoc illud eſt in cognitione rerum ſalubre & frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita loco intueri, inde tibi, tuæque Reipublicæ quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites. *Ita Vale Lector, & Rittershuſiani Nominis monumentis, quibus cum magno quondam Patre Filius haud minor, ultimus ſuæ familia, poſt fata in Orbe adhuc vivit, fruere.*

AUSTRIA.

I. N. D. N. J. C.

AUSTRIA.

AUSTRIA Clypeus & Cor S. R. Imperij, ut eam appellat Fridericus I, Marchia ſive limes Imperij adverſus vicinos Ungaros ab Henrico Aucupe conſtituta fuit, cujus Præfecti beneficiarij Ducum Bavariæ fuerunt. Ex his Præfectis ſive Marchionibus octavum, Henricum, Fridericus I. Imperator Ducem creavit, & à juriſdictione Bavariæ Ducis exemit 1156. hac occaſione. Cum Lothario Imp. defuncto Henricus Superbus Dux Bavariæ illius gener imperium affectaret, & inſignia Imperij retineret, ea quidem novo Cæſari repetenti reddidit, in reliquis verò eidem parere detrectavit, unde Cæſar eum proſcripſit, & Bavariam Leopoldo Auſtriæ Marchioni, eoque mortuo ejuſdem fratri Henrico conceſſit, ſimulque Henrici Superbi viduam, Lotharij filiam, Gertrudin, in matrimonium dedit. Henrici Superbi filius Henricus Leo, pubertatem adeptus, vitricum in partes ſuas pertraxit, & Bavariæ Ducatum, patri, ſe puero præreptum, repetiit. Hanc controverſiam ut tolleret Fridericus Imperator diminuto nonnihil Bavariæ Ducatu, auctiſque Auſtriæ limitibus, inſuper Ducis titulum, abolito Marchionis titulo, tribuit, & ita Henricum Leonem in Bavaria reſtituit.

Lehman. *Chr. Spir. lib. 5. cap. 63. pag. 527.*

Henrici I. Ducis Pronepotem Fridericum Bellicoſum Fridericus II. Imper. Anno 1225. Regem Auſtriæ creavit, eâ tamen lege, ut in perpetua Imperij Germanici fiducia perſtaret. Sed cùm ab Imperio, violata fide, defeciſſet, duodecimo poſt anno dignitate & appellatione ſpoliatus eſt. [Diploma exſtat apud P. de Vineis *lib. 6. epiſt. 26.* Limnæ. *libr. 5. iur. Publ. cap. 2. pag. 33.*]

Hunc Fridericum alij in pugna contra Ungaros ex vulnere accepto obiiſſe tradunt, 1246. alij quod Baronis à Pottendoff uxorem ſtupraſſet, ab eodem in venatione fune ad id parato, equo detractum jugulatum, & cum illo familiam Babebergicorum extinctam ſcribunt. Forſtn. ad Tacit. *pag. 408. Cuſpinian.*

Habuit Fridericus fratrem Henricum, cujus unica filia nupſit primo Ladislao Marchioni Moraviæ, poſt Hermanno Marchioni Badenſi, mater ex eo facta Friderici, Neapoli cum Cunradino Sueviæ Duce, à Carolo Andegavenſe Regni Siculi occupatore, cæſi. Habuit & ſororem Margaretam, quæ primo Henrico Friderici Imp. filio, poſt effœto jam & ſterili corpore Ottocaro Bohemiæ Regi nupſit; qui hac de cauſa, mortuis uxoris fratribus Auſtriæ partem occupavit, & per XXVI. annos poſſedit: in primaria urbe Vienna, aulam & arcem, quæ adhuc hodiè conſpicitur, ædificavit, & ne Friderico Hermanni Marchionis Badæ filio Auſtriam aliquando reſtituere cogeretur, eum cum Cunradino necandum ſuaſiſſe dicitur. Margaretam uxorem alia ſuperinducta, repudiavit & veneno ſuſtulit. Durante interregno Carinthiam, Carniolam, Marchiam, Slavonicam occupavit.

RUDOLPHUS I.

Fluctuabat tum temporis Germania, & erat Imperium ſine Imperatore, corpus ſine Capite, donec tandem Proceres eligerent Comitem Habsburgenſem & Alſatiæ Landgravium, Rudolphum, modicæ adhuc fortunæ. Hic cum Anno 1251. in venatione obviam haberet ſacerdotem cum venerabili Eucharistia ad ægrotum properantem, & pedibus iter facientem, equo deſiliens, cum ſacerdoti dedit. Cumque præter morem pedes veniret ad Eremitam quendam, reſponſum accepit, ob id factum cuncta ei proſperè eventura, & ſummas quaſque dignitates eum conſecuturum: alij referunt ad Suevicam vatem, quidam ſomnio ſequentis noctis edoctum illum volunt. Ut ut ſit inanis & vanus vates non fuit. Aliquot enim annis poſt ad Imperium (quod à morte Friderici II. XXII. circiter annis vacaverat) evectus, dum ejus res, in primis Comitiis, Norimbergæ, ordinat, & in ſubſequentibus Auguſtæ, ante omnia de Ottocaro Bohemiæ Rege, (cujus olim Aulæ Præfectus erat) cum Principibus Imperij deliberat, illumque ad dicendam cauſam & præſtandum Sacramentum clientelare de Auſtria & reliquis provinciis, citat. Quod cùm ille primò rideret, poſt Cæſari ſupplex provolutus in genua vexillum de manu ejus accepit, & ſacramentum de Imperij beneficiis dixit. Denuò rebellis Imperatori collatis ſignis à Rudolpho ſuperatur & occiditur, ſimulque XIV. M. virorum. Ejus filio Wenceslao ſolam Bohemiam Cæſar eâ lege reliquit, ut Auſtria ceteriſque ejus provinciis abſtineret, & Gutham Cæſaris filiam uxorem duceret; Agnes verò Wenceslai ſoror Rudolpho Sueviæ Duci Rudolphi filio, nuberet, hâc conditione, ut ſi Wenceslaus ſine maſcula ſobole moreretur, Agnes illi ſuccederet, quod & evenit, mortuoque Wenceslao Rudolphus ei in Regno ſucceſſit, ſed primo ſtatim anno à Bohemis veneno ſublatus fuit, relicto unico filio Johanne interfectore patrui Cæſaris Alberti.

Chr. Scheurl. in defenſorio Sacerdot.
Lipſ. in Monit. Guilliman. apud Beſoldum in Theſauro Prac. verb. Oeſterreich.
Engelgrav. part. 1. p. 26.

Hic Albertus à Patre Auſtriæ Præfectus duxit uxorem Eliſabetham Mainhardi Comitis Tyrolis filiam, cui jus antiquum in Auſtriam erat. In Comitiis Auguſtanis 1282. conſenſu omnium Germaniæ Principum Auſtriæ, Styriæ & Carniolæ Dux renuntiatur, Noribergæ verò 1284. inauguratur à Rudolpho, qui & ejuſdem Socerum Mainhardum Tyrolis Comitem, Carinthiæ Ducem & Treviſiani Marchionem, accepto Sacramento nominat. Atque hoc pacto Auſtria cum ceteris provinciis ad Comites de Habsburg eſt devoluta. Cuſpin. *pag.* 353.

Rudolphus Auſtriam ſobolem felici ſtirpe plantavit, & ab eo omnes ferè Imperij Principes & Europæ hodiè Reges rectâ lineâ deſcendunt. Eſtque inter res admirandas ex hac familia XIV. Imperatores orbi Chriſtiano affulſiſſe, ex quibus ille qui nunc rerum potitur, LeopoLDVs soL eſt IMperII. Præter Cæſares dedit Auſtria Reges XII. Reginas XXXVIII. Fuit Rudolphus felix in bellis, in quatuordecim conflictibus ſemper victor rediit. In Italia Florentinis, (a) Bononienſibus, Genuenſibus, Lucenſibus, immunitatem vendidit & inde immanem pecuniam collegit. Hinc à pleriſque avaritiæ notatur. Senio confectus, febre laborans ſolitus fuit Procerum uxores & filias ſæpius ad menſam accerſere & præſentibus maritis oſculari, dicens, ſe non poſſe præſentius invenire remedium, quo corpus ſuum vegetius redderet, quàm animas virginum dulces & ſuaveolentes Spiritus ex ore puellarum haurire. Cùm imperaſſet annis ferè XIIX. obiit Germersheimi, Spiræ ſepultus 1291. Sub eo cœperunt inſtrumenta Germanicè ſcribi, cùm antea non niſi Latinè ſcriberentur. Lehman. *Chr. Spir. pag.* 626.

Vide Arboretum P. Gans.
a) Septem millib. ducatorum, quod placuit Honorio P. M. *quia ex hoc libertas Eccleſiaſtica redderetur ſecurior (diminuto ſcil. Imperio, & hic habes qua dicatur libertas Eccleſiaſtica a Papa.* Decius *conſ.* 357. *n.* 2. *& ibid.* Molin.

ALBERTUS.

Defuncto Rudolpho eligitur Albertus ejus filius, mox inſtigante Gerhardo Archiepiſcopo Moguntino Adolphus Naſſovius, qui ſtatim Aquiſgrani coronatur. Initio regni omnia ex conſilio Moguntini egit, adeò ut vul-

ut vulgo der Pfaffen König/ diceretur, mox cùm in omne genus vitiorum proruerer, & pecuniam quam ab Eduardo Angliæ Rege acceperat in ſumptum belli Gallici, impenderet in Thuringiæ emptionem, erat autem XCIIII. millium flor. Germanicorum, & Moguntinus inter Electores diſtributam fore ſperârat, animum ab illo avertit, & primus autor fuit redeundi ad Albertum. Albertus repulſam pro injuria reputans, arripuit & in prælio juxta Dornberg/ agri Wormatienſis, Adolphum vicit & ſuâ manu confodit. [In quibuſdam Chronicis traditur, eum in ſtrati hoſtis faciem equum impuliſſe. Fabric. *de Orig. Sax. pag.* 617.] Comitiis Francofurtum convocatis, depoſita corona jus imperij ordinibus reſignavit, ne de violenta uſurpatione notari poſſet, cùm ritè non fuiſſet electus. Iterum ergò eligitur ab omnibus penè Electoribus, & Aquiſgrani à Wigboldo Archiepiſcopo Colonienſe coronatur. Prima Comitia celebravit Noribergæ, ubi & ejus uxor coronata fuit. Hunc Bonifacius VIII. initio Pontificatus ſui repulit, mox Galliæ Regnum excommunicato Philippo Pulchro obtulit dato titulo Regis Franciæ. Decem annis quibus regnavit varia bella & turbas cum vicinis Ungaris & Bohemis ortas, compoſuit, Germanorum diſſenſiones ſedavit, factiones ſuſtulit, duodecies collata acie victor pugnavit: cùm nec armis nec veneno ſuperari poſſet, à fratris filio Johanne & aliis tribus Sicariis in Helvetia eſt interfectus, nulla alia de cauſa quàm quod diutius quàm par eſſet regno Bohemiæ excluderetur, & in tutela detineretur. [Forſtner. *Not. in Tac. p.*] Ejus uxor Eliſabetha, magni & acuti ingenij fœmina, vigeſies & ſemel, *ut* Cuſpinian. *ut* Lazius *ſcribit*, vigeſies & ſexies peperit, è quibus ad pubertatem pervenerunt in ſchemate expreſſi. Hallis propè Gmundam in ſuperiori Auſtria, ſalis mineras & uſum faciendi invenit, & omnibus Auſtriæ Monaſteriis de ſale providit Dei dono non ingrata.

Vacante poſt mortem Henrici VII. Imperio, cum ordd. Francofurti conveniſſent, & in electione diſſiderent, Colonienſis, Palatinus & Saxo elegerunt Fridericum Alberti Imp. filium: Moguntinus verò, Trevirenſis & Bohemiæ Rex Ludovicum Bavariæ Ducem, quibus ſuffragium ſuum accomodavit Waldemari Elect. Brandenburgici Legatus, Nicolaus de Boock contra Domini ſui voluntatem, qui eum ob id ſcelus in vincula conjecit & inedia confecit. [Quotidiè enim delicatiſſimos cibos ei apponi curabat, & ſtatim appoſitos à cuſtodibus devorari, ut ciborum præſentia tanto magis fames acueretur. Cuſpinian.] Duo autem hi Impp. per octo annos varia fortuna de Imperio certarunt, donec Ludovicus Fridericum cum fratre Henrico ad Muldorpium caperet Anno 1323. quem eâ lege dimiſit, ut communi quidem Regis titulo frueretur, ſed à bellis in poſterum abſtineret, ut & expeditione Italica ad Imperatoris titulum obtinendum. Cuſpinianus ſcribit: *Eos Imperium indiviſim adminiſtraſſe.* A morte Ludovici Imperium abſque certo capite fuit per annum integrum, electique ſunt Eduardus Angliæ Rex, qui cum Gallis bella geſſit, hoc recuſante Fridericus Marchio Miſniæ, Ludovici Bavari gener, hoc etiam renuente Guntherus Schwarzenburgicus, qui à Medico ſuo veneno necatus periit menſe, ab electione ſexto.

FRIDERICUS.

NB. Sigfrid. Schwepperm. Zeiler. Handbuchs. *part.* 2. *pag.* 514.

Friderici frater Henricus cogn. placidus, Canonicus & futurus Archi-Epiſcopus Moguntinus, mortuo fratre Rudolpho, relictis ſacerdotiis fit Rex Bohemiæ, donatusque eſt à Cæſare Henrico VII. hereditate Johannis Sneviæ Ducis percuſſoris Alberti Cæſaris.

Albertus Sapiens dictus reliquus fratribus ſine maſculis defunctis ſuccedens in Ducatu ex Johanna Ulrici Ferretarum Comitis filia & herede, ſtirpis valde deminutæ propagatores fœcundos genuit. Rudolphus quidem Academiæ Viennenſis fundator Mediolani ſine liberis veneno periit. At Albertus unum, Leopoldus probus, quatuor reliquit filios. Hi duo

fratres aliquamdiu ſimul rebus præfuerunt: ortis autem ſimultatibus provincias diviſerunt. Alberto ceſſit Auſtria, Styria, Carinthia cæque regiones quæ inferioris Auſtriæ titulo cenſentur. Alſatia & cæteræ ditiones Suevis & Helvetiis conterminæ, Leopoldo. Tyrolenſem Comitatum, tanquam in medio poſitum, ſimul adminiſtrârunt.

Albertus cum trica dictus Mathematicarum artium amans ſtudia & reditus Academiæ Viennenſis auxit, architecturam coluit, Laxemburgum cum vivario ferarum amœniſſimo condidit, & in eadem arce obiit. Ejus filius cognominis, Patiens dictus, ſacra Palæſtinæ loca inviſit, in oppugnatione Znoimæ hauſto lethali poculo, conſilio Procopij Marchionis Moraviæ propinato, extinctus eſt, 1404. relicto filio ALBERTO V. quinque annorum puero, civilis inter Auſtriacos Proceres belli cauſa, ob tutelam & gubernationem.

ALBERTUS V.

Vir factus duxit Eliſabetham Sigiſmundi Imperatoris filiam & heredem, qui ei dotem conſtituit Moraviæ Marchionatum & ſucceſſionem in regnum huicque conjunctas ditiones decrevit, ſi abſque maſcula prole moreretur, quòd ſi filias relinqueret, ſingulis centena aureorum Ungaricorum millia in dotem numeraret. Hæc prima eſt mentio de regno Ungariæ in Auſtriacos derivando. Defuncto ſocero factus eſt Rex Ungariæ, & Bohemiæ: Romanorum conſtanter recuſavit, nec acceptaſſet, niſi importunâ interpellatione Ducum Auſtriæ & cognatorum, nec non unanimi Principum ordinumque conſenſu victus fuiſſet; ſed id non toto biennio adminiſtravit. Quo tamen brevi tempore Moravos & Sarmatas intra ſuos fines quieſcere compulit, Bohemiæ factiones penitus attrivit, Amurathem in Ungaria vicit & fugavit. Cùm avidius æſtatis æſtum melopeponum eſu temperaret, in dyſenteriam incidens paucis diebus obiit, relictis duabus filiabus. Ladiſlaus poſtumus Ungariæ & Bohemiæ Rex in ipſo ætatis flore & gloriæ culmine, in uxorem ducturus Caroli VII. Galliæ Regis filiam, intra 36. horas poſtquam ægrotare cœpit, extinctus eſt. [Conſuetudinem is habebat cum fœmina quadam nobili, quæ graviter ferens illum in matrimonium ducere Caroli VII. Gall. Regis filiam, contra datam ſibi fidem & promiſſum, in balneo pomum ei dedit per medium cultello diviſum, qui veneno tinctus erat. *Ex Cominæo refert* Camer. *medit. hiſtor. cent.* 2. *cap.* 31.]

Vid. Dubrav. *lib.* 30. *pag.* 270. Æn. Sylv. *hiſt. Boh. c.* 71. *p.* 77. Laz. Comm. *in Gen. Auſtr. pag.* 261.

Leopoldus probus & militiæ decus dictus, belli ſtudiis peritior quàm felicior, ingentes copias contra rebelles Helvetios ducens, ab iiſdem undique concluſus cum numeroſa nobilitate ad Sempachum cæſus eſt. [In ſuo ob ſua, cum ſuis, à ſuis occiſus.]

Wilhelmus ejus primogenitus educatus fuit in aula Ludovici Regis Ungariæ & Poloniæ, qui ei filiam Hedwigen cum ſpe ſuccedendi in regno Poloniæ deſpondit, quæ etiam parentibus & primatibus utriuſque regni conſentientibus, ante nubiles annos regio more cum eo concubuit, ſed poſtea invita Jagelloni Lithuano nupſit. [Herberſtein *rerum Moſcovit. pag.* 22.] quâ vivente cœlebs vixit Wilhelmus, illa poſt triennium primo in partu mortua, uxorem duxit. Educaverat Leonem, qui poſt illius obitum dimoveri à Principis tumulo non potuit, & inedia periit.

Fridericus quòd clam è Concilio Conſtantienſi Johannem Papam abduxiſſet, à Cæſare Sigiſmundo proſcribitur, ab Helvetiis, quod Abbati S. Galli auxilium tuliſſet, cæſo exercitu, in fugam conjicitur, qui ei ditiones ad Arulam flumen ac quicquid in circuitu poſſederat, eripiunt.

Commin. *Chr. de Louys XI. chap.* 65. *pag.* 273. *&c.*

Sigiſmundus hujus filius cognom. Simplex Carolo pugnaci Burgundiæ Duci, ditiones ad Rhenum oppignoravit, unde bellum exortum. Cùm liberos nullos haberet adoptavit Maximilianum Friderici III. Imp. filium, eique ante mortem omnes ſuas hereditarias provincias cedit, reſervatis certis annuis reditibus.

Erne-

Erneſtus filiorum Leopoldi probi minimus ab animi conſtantia & corporis robore ferreus dictus (fratribus ſine heredibus extinctis, relictis ſacerdotiis uxorem duxit ſtirpis Auſtriacæ noſtri temporis autor) ex ſecunda uxore novem ſuſtulit liberos, ex quibus Fridericus cum fratre Alberto conditore Academiæ Friburgenſis ad mortem uſque ſimultates aluit & parricidiale geſſit bellum. Ille, Fridericus IV. magni animi & judicij Vir communi Electorum voto Cæſar deſignatus, Aquiſgrani à Theodorico Archiepiſcopo Colonienſe coronatus, motibus Auſtriacis ſedatis, Romam profectus à Nicolao V. maximâ ſolennitate cum uxore coronatus fuit. Ejus Symbolum: A. E. I. O. U.

FRIDERICUS Imp.

Aquila Electa juſtè omnia vincit.

Auſtriaci Erunt Imperatores orbis ultimi.

Sub hoc clades illa memorabilis ad Varnam accepta fuit, [de qua infra in Regibus Poloniæ] an. 1444. & nono poſt an. Conſtantinopolis à Mahumete II. capta eſt. Obiit Linzij è maligno ulcere in pede nato, quem cum tibia medicis ſpe longioris vitæ reſecandum præbuit. In profeſto aſſumptionis B. Mariæ, ab omni cibo pietatis cauſa abſtinens, octo melopepones, quibus IV. occubuerunt Cæſares, ſedandæ ſitis cauſa, comedit, aquamque bibens, debilitato naturali calore in ſtomachi incidit dolorem, qui ſenſim auctus tandem alvum ſolvit, proſtrataque virtute retentiva obiit anno ætatis 78. 1493 14. Cal. Sept. quo eodem die Auguſtus quoque Cæſar, quem ætate tribus annis ſuperans, ab eo in imperio tribus annis ſuperatus. Deceſſit in ſumma pace & tranquillitate totius Germaniæ atque univerſorum Principum. Præfuit annis 53. menſ. 4. d. 4. Sepultus eſt Viennæ in æde S. Stephani ſuperbo monumento in quo perficiendo quadraginta mille aureos Maximilianus Cæſar ſcribitur impendiſſe. Epicedion ſequens ei ſcripſit Paulus Amatheus:

Auguſto propior Fridericus tertius orbem
Quinquaginta annis rexerat atque tribus.
Sic tribus hunc vita Auguſtum ſuperaverat, ævo
Longior hic, ille aſt ditior Imperio.

Maximilianus I. ejus filius ab infantia pene in nonum annum elinguis, ut pleriſque mutus judicaretur, poſtea Gallica & Italica Lingua cuncta expeditè & facundè protulit; Latinæ verò mediocriter gnarus fuit, ipſe de latinitate ſua jocari ſolitus Equeſtre Latinum Reuter Latein appellavit. Anno ætatis 14. *deſponſata illi fuit Maria Caroli pugnacis Burgundiæ Ducis filia; nuptias celebravit* 18. *Auguſt.* 1477. quo matrimonio Burgundiam, Flandriam & reliquas infer. Germaniæ provincias familiæ ſuæ adjecit. Sed Belgæ ſimplicem & manſuetum animum Maximil. parvi facientes, cuncta ad Mariam tanquam Principem, de rebus omnibus ditionis referebant: quæ cùm nihil inconſulto marito ſtatueret, brevi in maximam authoritatem illum adduxit, ditioque audientior facta Principibus geminata reverentia & quaſi utriuſque majeſtate ab altero fulta & ſuſtentata. Hac nati Philippus Auſtriacus & Margareta deſponſata Carolo Ludovici XI. Galliæ Regis filio. Franciſcus item & Georgius, qui infantes obierunt. è quinto gravida inter venandum equo decidens cum fœtu periit 28. Mart. 1582. æt. 25. Ejus in omni ſua vita nunquam ſine ſuſpirio & lacrymis meminit Maximilianus. Dum a. de tutela Philippi inter Maximilianum & ordines Belgicos contenditur, illo patriam poteſtatem, his provinciæ jura obtendentibus, evocatus à Patre & Electoribus Imperij Maxim. coronatus eſt Germaniæ Rex. Altera uxor fuit Anna Franciſci Britanniæ Ducis filia & heres, per Legatum Wolfgangum à Polhaim ex conſilio Patris Cæſaris ducta, quam cùm in itinere eſſet, ut ad Sponſum deduceretur, dictus Carolus intercepit & uxorem duxit, remiſſa patri ante novem annos ſibi deſponſata filia Margareta; quæ licet adhuc teneræ ætatis, annum nondum agens quartum, magna tamen

MAXIMILIANUS Imp.

Paralip. Urſper. *pag* 334.

Vide Blondell. *Gen. Franc. p.* 328. *in margine.*

Lud. Vives. *lib.* 2. *de Inſtit. Chriſtian. fœm. libr.* 2. *pag.* 397.

Naucl. *vol.* 3. *Geneal.* 50. *anno* 1 *2.p.* 1106.
Cuſpin.

cum pompa Lutetiam quondam deducta, & ſolennisſimè recepta, demumque paulò poſt deſponſationis feſtum omnium cum lætitia celebratum eſt. [De hoc facto non idem erat hominum judicium. Commin. Thomas Porcacchus Italus, *proprium eſſe Regum Franciæ domum Auſtriacam promiſſioni. bus matrimonialibus fallere.* vide Brandlacht. *pacif. pag.* 9.

Hanc poſt aliquod tempus Johan. Trithemius Abbas Spanheimenſis Maximiliano in ſpeculo oſtendiſſe dicitur, qualis viva fuerat, (erat enim ille necromanticus,) unde tantopere territus fuerit, ut plurium mortuorum formas, quas ille monſtraturus erat videre noluerit. Cruſ. *in ann. Suev. part.* 3. *lib.* 8. *pag.* 464.

Tertiam uxorem duxit Blancam Mariam Galeatij Mariæ Sforciæ filiam, cum qua ſedecim annis tranquillisſimè vixit. Ad quas tam impares nuptias deſcendiſſe creditur, quod ob prodigam liberalitatem continuaque bella pecunia indigeret, (unde petulante lingua ab Italis *Pocodinarius* dictus) & cum illa proque diplomate quo Ludovicus Sforcia, ſponſæ patruus Dux Mediolanus renunciabatur, acciperet quadringenta millia ducatorum, proque mundo ejus muliebri CC. M. aliaque CM. quibus ſponſæ nuptias cognati & affines honorarunt. Sed & hæc poſt biennium in venatione equo delapſa paulò poſt è caſu, cum fœtu quem utero geſtabat, nullis relictis liberis, deceſſit. Nothos viduo thoro ſuſcepit plures utriuſque ſexus in ſchemate enumeratos.

Pont. Heuter. *rer. Belg. libr.* 5. *pag.* 222.

vide P. Heut. *de natur. lib. pag.* 287.

In pace literatum, inprimis hiſtoriarum ſtudia coluit, Genealogias Heroum primus inter Germaniæ Principes indagavit: Opus Poericum de invidia & curioſitate ſcripſit, & Portam honoris literis conſignavit. Academias inſtauravit plures & ad eaſdem fovendas Principibus Germaniæ autor fuit, ſicque Wittebergæ in Saxonia, & Francofurti ad Viadrum inſtitutæ ex idæa ſcholæ Tubingenſis ab Eberhardo Wirtembergico Comite, ac Lipſienſis à Friderico Strenuo Saxoniæ Duce erectarum emanantiumque ex Bononienſi, Pariſio, & Pragenſi gymnaſiis. Jac. Marchant. *deſcript. Flandr. lib.* 3. *pag.* 317.

In Comitiis Wormatienſibus 1495. Judicium Cameræ Spirenſis inſtituit, in quo vice Imperatoris de cauſis litigantium cognoſceretur. Camera autem primò ſubſtitit Francofurti, dein Wormatiæ, Auguſtæ, Noribergæ, Ratisbonæ, Spiræ, Eſslingæ, tandem ſub Carolo V. Spiræ fixam ſedem obtinuit. In iiſdem Comitiarum Wirtenbergicum in Ducatum erexit. Bella geſſit plurima & difficilima domi foriſque reportaris ſummo cum honore triumphis. Primum cum Ludovico XI. Galliæ Rege, qui defuncto Carolo Burgundo, ejus ditionum non minimam partem Burgundiæ Ducatum & Artesiæ Principatum per inſidias præripuerat, quo in bello victor, ut vicinum amicum haberet, pacem cum Ludovico fecit, certis conditionibus, (quas *vide apud* Pont. Heuter. *lib.* 2. *Belg. p.* 103. *vid.* Braudl. *Pacif pag.* 10.) filio ejus Carolo filiam Margaretham deſpondit.

Secundum cum eodem rege, quo victor Cameracum Imperialem civitatem recepit & Attrebatium ſuis ditionibus adjecit. Belgicum cum Flandris à quibus olim captivus fuerat detentus. Helveticum, in quo octies dimicatum & XX M. hominum interierunt. Bavaricum contra Rupertum Palatinum hujusque patrem Philippum Electorem, cui Advocatiam provincialem Alſatiæ ademit. Venetum ex decreto Imperij per annos X. quo eos pacem petere coegit. Cæterum Mediolanenſis Ducatus controverſiæ, ad Maximilianum, non ex hereditaria quadam ſucceſſione nec jure matrimonij, ſed quia Cæſar electus ejusque Dominus effectus fuerat pertinebant, fuit enim ſemper Feudum S. R. Imperij. Bodin. *lib.* 1. *c.* 9. *pag* 191. Braudl *p.* 17. Germaniam prætereà in VI. circulos diviſit, quibus poſtea IV. addidit. Sunt enim Circuli: Francicus, Bavaricus, Suevicus, Rhenanus.

Weſtpha-

Weſtphalicus, Saxonicus, Auſtriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, Superior Saxonicus. Multa mala fortiter pertulit & glorioſè ſuperavit, felicem Reip. ſtatum reliquit. Poſtrema Comitia Auguſtæ habuit 1518, in quibus de bello Turcico & de negotio reformandæ religionis, Lutheri doctrina per Germaniam invaleſcente, actum eſt. [de eo ad Leonem X. P. M. ſcripſit, ut naſcenti malo medicinam faceret, priusquam longiùs ſerperet, qui ſolœciſmum commiſit præcipiti damnatione, cùm ille ſolum contra indulgentias diſputaverit, nec majeſtatem Pontificis in dubium revocârit.] Nepotem etiam Carolum Electoribus, ut ſe mortuo ejus in electione rationem haberent, commendavit, & altero anno poſt annis jam fractus, deſcendens in Auſtriam Welſæ rebus humanis exemptus eſt anno Imperij 25. ætatis 59. Quadriennio ante obitum per dies XV. excepit Viennæ Uladislaum Hungariæ, Sigiſmundum Poloniæ & Ludovicum Bohemiæ Reges, eorumque comitatum. Præter munerum precium, ducenta millia aurea Rhenenſia in iis alendis magnificè impendit. Opmeer. *in Chronologia. Anno* 1515. *pag.* 451. *Tom.* 1.

Integro ante mortem biennio, quocunque proficiſceretur, arcam ligneam, ad menſuram corporis humani fabrefactam, circumvectavit, in qua erat alia plumbea ea forma qua eæ fieri conſuevere, quibus mortuorum corpora ſepulturæ mandanda includi ſolent, pauciſſimis ſcientibus quid in arca circumferretur. In ea exſangue corpus ſuum, rudi lino involutum abſque ulla exenteratione imponi juſſit, naribus, ore & auribus vice calce oppletis.

Philippus filius ducta Johanna Ferdinandi Regis Arragoniæ & Eliſabethæ Caſtellæ Reginæ filia, Hiſpaniarum, Neapolis & Siciliæ regna Indiamque Occidentalem Auſtriacis ditionibus adjecit. Uxorem Zelotypia ſtimulatam ſæpe in ſe acerbam ſenſit, adeoque ejus tædio affectus ipſa invita ad Belgium, ſæviente hyeme profectus eſt, quem illa ſequenti anno ſecuta, jurgiis & tragœdiis totam Philippi regiam implevit. Anno 1505. gubernatore Belgij Wilhelmo Croyo inſtituto in Hiſpanias cum uxore reverſus paucos poſt menſes, quum eſſet firmiſſimo corpore, luſu pilæ à prandio excalfactus, frigidam avidè bibens, febri ſeptem dierum calidiſſima correptus Burgis, metropoli veteris Caſtellæ è vivis migravit. Hoc matrimonio nati Gandavi Carolus, & Medinæ, in Hiſpania Ferdinandus, à quibus Auſtriaca Familia in duas lineas diviſa, una propriè Auſtriaca Ferdinandea, altera Burgundica Carolina nuncupata.

Philippi ſoror Margaretha, Carolo Ludovici XI. Galliæ Regis filio deſponſata, cùm octo annis in Gallia commorata fuiſſet, repudiata, ut ſupra dictum, ex Johanne Hiſpaniæ Principe, Ferdinandi Catholici filio, lapſu equi ſublato præter puerum breviſſimi ævi, nihil peperit, ut nec ex Philiberto Sabaudiæ Duce, cùm Belgium pro Carolo nepote feliciſſimo adminiſtraſſet annis XXIII. obiit ætat. LII. media inter Carolum & Franciſcum I. Galliæ Reges pacem compoſuit.

Caroli prima ætas haud multum in ſtudiis literarum, plurimum in exercitiis aulæ & militiæ impenſa fuit. Anno ætatis XVIII. poſt parentis exceſſum Hiſpaniarum regna ſuſcepit. Defuncto Maximiliano avo, Francofurti in ſummo illo Imperij Senatu acres habitæ ſunt diſputationes, de ſucceſſore. Galliæ & Hiſpaniæ Rex apertè ad Imperium aſpirare cœperunt. Guiciard. *lib.*13 *p.* 283. Trevirenſis & Brandenburg. favebant Franciſco Regi Galliæ; cùm ſubſiſtere non poſſent, eligunt Fridericum III. Saxoniæ Electorem, qui hunc honorem recuſavit & poſtridie 28. Jun. 1519. ſuo ſuffragio elegit Carolum annos XIX. natum, qui gratitudinis ergo Tricies mille aureos Friderico obtulit, quos cùm repudiaret, poſtulavit, ut X. mil. permitteret in famulos diſtribui, reſpondit indignabundus: Accipiant ſine meo

CAROLUS V. Imp.

permiſ-

permiſſu, ſi velint, ſed hoc omnino ſciant, quicunque vel coronatum acceperit, hunc inter aulicos meos, locum amplius obtinere non patiar. Coronatus eſt in Regem Romanorum Aquiſgrani anno 1520. 23. Octobr. & ſequente anno prima Comitia habuit Wormatiæ, ubi Lutherus coram dogmata ſua expoſuit, & poſt dictam animosè cauſam proſcriptus eſt, cùm jam ante fuiſſet excommunicatus à Leone X. cujus ille bullam cum jure Canonico, convocatâ omni juventute ſcholaſtica Witebergæ 10. Decemb. 1521. conjecit in rogum à magiſtro quodam extructum, hoc inſuper addens: Quia tu conturbaſti Sanctum Domini, ideò te conturbet ignis æternus. Hujus ſui facti rationes reddidit edito ſcripto, quod extat *Tom. 2. latinorum Operum.* Lutherus verò latitavit in arce Wartburg donec Carolus ex Germania diſcederet; Interim Pont. Max. iterum eum excommunicat, & Henricus VIII. Angliæ Rex contra eum ſcribit, unde conſecutus eſt titulum Defenſoris fidei. Exarſerat bellum cum Franciſco Galliæ Rege ex æmulatione, cui Tornacum, ejusq; arcem & agrum eripuit, & ipſum Regem anno 1525. die ſuo natali 23. Feb. ad Ticinum cepit Carolus, cunctaque Andegavenſium in Neapolin, & Aurelianenſium in Mediolanum Genuamque jura, à Francis abdicata, in ſe tranſtulit. [Ea victoria audita, campanarum ſonitu, ignibus & aliis modis lætitiæ ſigna edi prohibuit, & palam dixit: *Triumphum ex ſolis religionis hoſtibus ducendum.*] Hoc bello flagrante cùm Clemens VII. Cæſarem deſeruiſſet, ejuſque hoſtibus fœderatus Regnum Neapolitanum invaſiſſet, Cæſar per duces ſuos Carolum Burbonium, Antonium de Leva, & Georgium Fronsbergium, 1527. 6. Maji Romam cepit & Pontificem captivum detinuit, habitis nihilominus ſupplicationibus pro ſede Apoſtolica, ſeptimo tamen menſe liberum dimiſit, cum militibus ſtipendia ſolveret. Anno 1529. Comitia habuit Norimbergæ, ubi Evangelici contra decreta de religione facta, quod libertatem religionis permiſſam impediri dicerent, proteſtati ſunt, inde PROTESTANTES dicti. Anno 1530. 22 Febr. coronatur Carolus Bononiæ ab eodem Pontifice Clemente VII. Rex Longobardorum & die ſuo natali 24. Febr. Imp. Romanorum in qua ſolennitate pons ſuper quem ingrediebatur corruit, quod in omen tractum, nullum deinceps Imperatorem à Pontifice coronatum iri: Eodem anno Comitia celebrata ſunt Auguſtæ, ubi 25. Iun. Confeſſio Proteſtantium, inde Auguſtana dicta, coram Imp. & Ordinibus Imperij prælecta eſt, quæ ſola authentica judicata. [Quemadmodum ſub Carolo M. Pontificatus valida ſumſit incrementa, ita ſub Carolo V. lapſu cecidit graviſſimo.] Cùm autem inter Ordines Imperij in religionis controverſia minus conveniret, Proteſtantes Principes fœdus ineunt Smalcaldiæ, ſi fortè propter Evangelij profeſſionem armis peterentur: ingruente interim bello Turcico Noribergæ 1532. pax inter Cæſarem & Proteſtantes facta eſt. Turcarum a. Imp Amurathem quem cum ccc. M. in Ungariam & Auſtriam venientem, arctaque obſidione Viennam prementem, defendente urbem Philippo Com. Pal. deſideratis LXXX. M. retrocedere antea Carolus coegit, redeuntem anno 1532. cc. M. collectâ ingenti manu, terruit & repreſſit. In Africa profligato archipirata Hairadino Ænobarbo, cum bis centũ peditum, equitum ſedecim millibus, Tunetum, cum arce Goletta, cepit, Muleaſſem, quem ille ejecerat, in regnum reſtituit, leviſſimo binorum ſalconum totidemque pernicum equorum tributo impoſito, & arce Goletta retenta firmataque præſidio Chriſtiano. 1535. Rediens in Italiam Franciſco Sfortia Duce Mediolanenſe abſque heredibus defuncto, Ducatum ſibi per Antonium Levam ut Dominus feudi adjudicavit, Franciſcus I. contra ſibi eum deberi affirmavit, unde plus emolumenti quot annis hauſit, quàm Rex Franciſcus ſub idem tempus ex Gallia ſua, *ut ſcribit* Bodin.

Anno 1541. denuo in Africam trajecit & Algierum fruſtra obſedit,

diens

cùm cœlum, ventos, maria & omnia adverſa haberet. In Germaniam rediens Wilhelmum Ducem Juliacenſem, qui Geldriam occupârat, domuit & caſtigavit, & in gratiam recepto Ducatus Juliacenſem, Clivenſem & Bergenſem reddidit, & fratris Ferdinandi filiam in matrimonium dedit.

Anno 1546. cum Principibus Germaniæ & ſociis fœderis Smalcaldici bello contendit; ſequenti anno ejuſdem Duces Electorem Saxoniæ Johan. Fridericum & Philippum Haſſum vicit, ſupplices captivos detinet, uſque ad annum 1552. Inſequente anno Julius Pflug, Michael Sidonius & Johannes Islebius novum ediderunt fœtum, obſtetricante Granvellano, formulam illam religionis, quæ Hiſpanico termino INTERIM, à Sleidano DECRETUM, in Conſtitutionibus Imperialibus DECLARATIO RELIGIONIS vocatur. Cùm enim *Pont. Max.* negaret Capita doctrinæ in concilio confirmata mutari poſſe, Imp. jubet conſcribere librum de religione in Germania obſervanda INTERIM, dum Concilium legitimè inſtituatur. [quem multis aliis probantibus nunquam voluit Elector Saxoniæ, licet captivus probare.] Et hoc nihil magis contemptui habitum apud reliquos quoque, ut non modo privatim in ædibus, ſed & publicè in plateis Magdeburgi cantaretur, Seelig iſt der Mann der GOtt vertrawen kan/ und willigt nicht ins Interim, dann es hat ein Schalck hinter ihm. Anno 1551. Magdeburgum per Mauritium Elect. Sax. obſidetur, quá deditione certis conditionibus capta & in fidem Imperij radacta, arma contra ipſum Imperator. vertit Mauritius, victori victoriam eripit, & Principes captivos liberat. Atq; hic primùm Carolus Imp. hoſti tergum dedit. Qui & mox Metenſi urbe obſeſſa, re infecta diſceſſit, & ab eo tempore conſilium cepit abdicandi ſe Imper. quod etiam an. 1558. die ſuo natal. fecit, exantlatis tot laborib', tot bellis geſtis. Legim' ex his Hiſpanica quat. Italica octo, Neapolitana duo, Germanica ſex, ubi in ſolo Ruſtico intra quadrag. dies pugnatum ſepties, centũ & quadraginta millibus cæſis; Belgica novem, Juliacenſia ſeptem, Piratica plurima, Africum, Dalmaticum, Provinciale, Allobrogica tria; Bohemicum; denique & novi orbis, in quibus Reges octodecim, octodecim prælijs domiti, è quibus Attabaliba ultimus Cuſcorum Regum, ſeptuaginta aureorum milliones, intra dies ſeptuaginta appenſurum ſe ſpoponderat, ſi libertati reſtitueretur. Fortunam per omnem vitam magis proſperam quàm adverſam eſt expertus, quanquam ſummis in adoleſcentia, virili ætate ac ſenectute ſit vexatus conjurationibus, rebellionibus ac bellis, horum nullum unquam ultrò intulit, provocatus ſemper ad arma deſcendit. A nullo autem ferè hoſte provocatus, quem non modo victum, ſed vinctum etiam & captivum non viderit. Franciſcum Regem Galliæ, Henricum Navarræ, Clementem VII. P. M. Wilhelmum Cliviæ D. Joh. Fridericum Elect. Saxoniæ, Erneſtum D. Brunſvicenſem, Philippum Haſſiæ Landgravium. Bella Germanica tamen ipſi magis quàm Imperio profuerunt.

Bernh. Zieriz. *diſc. de fœder. Smalcald. §. 156.*

Car. Scriban. *Inſtit. Pol. Chriſtian. lib. 2. c. 2. pag. 414.*

Io. Biſſel. *argonaut. Petr. Victor. lib. 14. pag. 441.*

Relictâ tandem Germaniâ in Hiſpaniam navigat, & cum XII. tantùm domeſticis familiaribus in Hieronymianum monaſterium S. Juſti ſe confert, Philippum filium in XXVIII. regnis ſucceſſorem unicum conſtituit, & 21. Sept 1558. in Confeſſione orthodoxa inter pias preces & uſum Cœnæ Dominicæ placidè expirat, ætatis anno 59. Ejus res geſtas Simon Schardius JC. *in ſecundo Tomo Germaniæ illuſtratæ congeſſit*, Bellum Smalcald. cum *duob. Tomis Hortlederus.* Nullum autem perfectum magis & ad omnem virtutem expreſſi Principis exemplar reperiri potuit, quod iis qui ad imperium virtutis via graſſantur, ad imitandum proponi poſſet. Hoc etiam obſervatione dignum, quod Carolus anno 1521. provincias, quas domus Auſtriaca in Germania habet, Ferdinando fratri donaverit, mox pœnitentiâ ductus, Comitatum Pfirdt & Suntgoam cum Briſaco ſibi retinere voluerit, quod iſtæ ditiones commodè jungi poterant Burgundiæ, à cæteris

Cæſaris provinciis abſciſſæ, & ob id caſibus & periculis obnoxiæ, quodque facilis inde in Ducatum Luzemburgenſem & Belgium tranſitus eſſet; tum quod civitates Argentoratum, Baſilea, Comites Montbelgardenſes ceterique Rheno adſiti Principes & populi facilius & validius premi poſſent. Aloyſius Gollutius *lib.* 11. *cap.* 36.

FERDINANDUS I. Ferdinandus frater Caroli natus Medinæ in Caſtilia 10. Mart. 1503. poſt mortem avi in Germaniam venit ductu Gabrielis Salamancæ, cui poſtea Comitatum Ortenburgicum in Auſtria dono dedit. Anno 1521. Ladislai Ungariæ Regis filiam Annam, pridem 1515 Viennæ ſibi deſponſatam uxorem duxit, illoque ad Mohazum à Turcis 1516 cæſo, Ungariæ & Bohemiæ regna adeptus eſt. Anno 1531. Coloniæ Rex Romanorum creatus, & 3. Id. Januar. Aquiſgrani coronatus eſt, ſacrum peragente Elect. Colonienſe, reclamante Electore Saxoniæ, Joh. Friderico, quod Carolus fratri regnum Germaniæ illiuſque adminiſtrationem committere, jura autem Imperij ſibi retinere ſatageret. Certè Carolus Auſtriacam potentiam acceſſione Imperij firmare cogitans, aliquoties animum Ferdinandi pertentavit, quo Romanorum regnum Philippo cederet, immoto ad ea Ferdinando. Anno 1534. Ducatum Würtembergicum Ulrico, à Suevici fœderis Sociis antea ejecto, vi cedere coactus Ferdinandus. Cùm Mauritius Elector Saxon. in prælio cum Alberto Brandenburgico occubuiſſet, tranquillitatis publicæ ſtudioſiſſimus cuncta diſſidia ſuſtulit. Pacis cauſa conventus inſtituit Auguſtæ 1555. [ubi Cameræ Imperialis emendatio conceſſa & jurisjurandi formula emendata, conſtitutumque ut deinceps *Per DEUM & Sancta Evangelia*, non ut prius, *Per DEUM & Sanctos* juraretur. Gentilet. *in Exam. conc. Tr. pag.* 143.] & Paſſavienſem tranſactionem anno 1552. factam, ut & decretum de Pace religionis & publica fide renovavit & confirmavit, dum Tridenti de ſolius fidei Romanæ conſervatione & propagatione deliberatur; & ſic Concilij Tridentini, & libri INTERIM per Germaniam finis fuit. Anno 1558. 18. Mart. fratri in Imperio ſucceſſit. 1562, 18. Mart. Comitiis Francofurti habitis Filium Maximilianum Regem Romanorum vidit coronari, ibidemque Solymanni Legatum Ebrahim Strozzium Baſſam pacem in VIII. annos petentem audivit. Subditos cum magiſtratibus ſuis per provincias hereditarias humaniter rexit & in officio continuit, iiſdemque paulò ante mortem integrum uſum Cœnæ Dominicæ conceſſit. Literas & literatos amavit & eorum oſorib⁹ ſuccenſuit. JCtis non adeò favit. Bartoli & Baldi nomina non libenter audivit. Fidem & conſtantiam in dictis & factis coluit. Anno 1564. mitis & affabilis hic Imp. obiit Viennæ, ipſo quem prædixerat B. Jacobi die 25. Iul. Imperij anno VII. Ex Anna uxore quindecies pater factus, tres filios ſuperſtites reliquit, Maximilianum, Ferdinandum & Carolum, quorum primogenitus à primis annis literis & ſcientiis imbutus in tantum profecit, ut Græca, Latina, Hiſpanica, Italica, Gallica, Germanica, Ungarica, Bohemica linguis non mediocriter loqueretur. Patre vivo id. 14. Feb. 1548. electus fuit Rex Bohemiæ, coronatus 1562. 20. Sept. Eod. anno 24. Nov. Rex Romanorum, & anni ſequentis 8. Sept. (quo die quacunque Rex proceſſit, ei prælata fuere ſeptem vexilla, ſignantia Hungariam, Dalmatiam, Croatiam, Sclavoniam, Boſniam, Serviam, & Bulgariam. Fr. Mod *Pand. Triumph Tom.* 1. *lib.* 4. *pag.* 190. *b.*) Rex Ungariæ. Ferdinandus Comitatum Tyrolenſem, Alſaticas & Suevicas ditiones, Carolus Auſtriam in diviſione paterna accepit. Filias variis Principibus elocavit.

Maximilianus II. in Imperio patri ſuccedens, ipſius virtutum, imprimis pietatis moderationis & pudicitiæ æmulator, nihil æquè in vita odit, atque conſcientiarum tyrannidem, quæ res in ipſo tantò magis laudanda fuit, quod eo tempore in Galliis & Belgicis provinciis omnia erant plena

perſe-

perſecutionum, Hiſpanicam inquiſitionem & Concilij Tridentini executionem introducente Margaretâ gubernatrice & Duce Albano, quâ Egmondanus & Hornanus capite plexi, Princeps Arauſionenſis proſcriptus, & à ſolo Albano paucis quibus Belgio præfuit annis xIIX. M. & ſexcenti utriuſque ſexus clam & palam è medio ſublati ſunt. Hinc deteſtandum cum hoc generi ſui Caroli IX. Galliarum Regis factum, lanienam illam 1572, in qua Admiralis Caſpar Colignius cum multis primoribus miſerè trucidatus, & innumerabilis propè multitudo hominum uno tempore per totam Galliam cecidit, Maximilianus Imperator graviſſimè tulit. Eandem quoque exprobravit Henrico III. cùm is in fuga ſua ex Polonia Viennæ ipſum inviſiſſet, dicens, Reges qui conſcientiis mortalium imperare volunt, cœli arcem invadere & terræ poteſtatem plerumque perdere. In univerſum autem ab anno 1562. ad an. 1584. quadraginta centum millia variis pœnis ob religionem, & bellorum turbinibus abſumpta. Arum. *vol. 4. diſc. 7. p.* 33. Prima ſua Comitia celebravit Maximilianus Auguſt. 1566. quibus ipſi auxilia adverſus Turcas pro defendenda Ungaria decreta ſunt. Per Lazarum Schwendium multa oppida & arces à Turcis recepit, & fines Ungariæ ultra xL. milliaria propagávit, & ſic damnum amiſſi Zigethi compenſavit. Grumbachianam factionem armis Auguſti El. Saxoniæ eſt perſecutus, autorem debito ſupplicio affecit, & arcem Grimmenſtein invito & deprecante Iohanne Wilhelmo ſolo adæquavit, Ioh. Fridericum Ducem Saxoniæ in cuſtodiam abduxit, in qua & mortuus eſt. Exercitium religionis tàm in Imperio quàm Auſtriacæ nobilitati liberum conceſſit ex conceſſione P. Max. quem & pro ſacerdotum conjugio, ſed fruſtra, interpellavit. Ex Conjuge ſua Maria, quæ Cæſaris filia, regis ſoror, regis neptis, Cæſaris proneptis, Cæſaris abneptis, duorum Cæſarum mater, duorum potentiſſimorum regum Caroli IX. Gall. & Philippi II. Hiſp. ſocrus, XV ſuſcepit liberos, & his omnibus ferè ſuſceptrix electa fuit Polyxena Laſſa, idque non alio conſilio quàm ut matrona honeſtiſſima tanta aucta dignitate ſumma charitate Cæſaream prolem complecteretur. Curis confectus & longâ corporis ægritudine debilitatus (per totos enim xx. annos ex cordis palpitatione, poſt propinatum per Granvellanum Card. venenum, laboravit,) in Comitiis Ratisbonenſibus, quaſi inter Ordinum Imperij manus ac complexus, animam optimè de Rep. Chriſtiana meritam Deo reddidit, anno ætatis L. Imperij 12. Luxum omnem & faſtum in tantum odit, ut magnum inſtr. fuerit modeſtiæ: nunquam menſam ultra horæ unius ſpacium protraxit, nunquam gemmam emit ad corporis ornamentum.

Ferdinandus frater Maximiliani bello Germanico Carolo V. militavit, poſt à fratre copiis contra Turcam conſcriptis præfectus anno 1566. Ex Philippina Franciſci Welſeri Patricij Auguſtani filia, quam ſibi clam patre ſociaverat, ſuſcepit 4. liberos in ſchemate notatos, quos ordines Provinciarum, quas ampliſſimas poſſidebat, incapaces tantæ ſucceſſionis cenſuerunt; itaque Maximiliano Imp. mortuo cùm de bonis inter ejus filios dividendis ageretur, ex ordinum ſententia, etiam ditionum Ferdinandi ratio habita eſt, & illæ per deſtinationem jam tum fratrum filiis aſſignatæ ſunt, & vix ab Ordd. impetrare potuit, ut ex tam oppulento patrimonio exigua pars detraheretur, quâ Carolum grandiorem natu cum Marchionis Burgoviæ titulo donaret. Piccart. *decad. 9. obſ. c.* 1. *pag.* 137. [Marchionatus Burgawa. continet in longitud. octo milliaria Germanica, totidem in latitudine.] Zeiler. *in Chronic. Suevia, pag.* 248. Welſera mortua, duxit Annam Catharinam Mantuæ Duciſſam ſororis ſuæ filiam, ſperans ſe fratris filiis ſucceſſionis ſuæ ſpem quam jam animo devoraverant è faucibus erepturum; ſed fruſtra. Nam duas tantùm filias ex illa reliquit, nullos maſculos heredes. Thuan. *lib.* 112. *pag.* 665. *Tom.* 3.

Carolus alter frater, Dux Styriæ, ex Alberti Bavari & ſororis ſuæ filia Maria quindecim genuit liberos, ex quibus Ferdinandus ad Imperium evectus fuit. Ordines ſui Ducatus & ſubditos ſatis humaniter habuit. Anno 1559 Carolopolin ſeu Carolſtadium in Croatia ad confluentes Mereſwriz & Culp. natura loci & opere munitiſſimum, ad reprimendas Turcarum irruptiones conſtruxit & præſidio firmavit. Beyerlinck. *p.* 80.

RUDOLPH. II. Rudolphus II. Maximiliani hujuſque heroïcarum virtutum heres & ſucceſſor, anno ætatis 20. factus eſt Rex Ungariæ, & triennio poſt 1575. Bohemiæ, & Romanorum vivo etiamnum patre, à cujus obitu ſequente anno, conſentientibus Electorum ſuffragiis adminiſtrationem Imperij ſuſcepit. [anno his tribus verbis expreſſo RVDoLphVs IMperator aVgVſtVs.] Primordio gubernationis Oratorem cum muneribus ad Amurathem Turcarum Imp. miſit, & inducias ad octo annos eò facilius impetravit, quod is ab Iſmaele Perſarum rege laceſſitus, hujus regno inhæreret, & omne robur eò dirigeret. Hinc factum ut Germania patrum & avorum memoria neque concordia florentior, neque potentia auctior fuiſſe videatur. Anno gubernationis 6. (1582.) in Comitiis Auguſtanis ob Calendarium à Gregorio XIII. Pont. publicatum nonnihil tumultuatum eſt, quod faſtos corrigere Principalis potius quàm Pontificij muneris ſit. Et Evangelici cavendum dicebant, ne Calendarij emendandi prætextu inuſitata Pontifici in Imperij majeſtatem & Cæſarem ipſum juriſdictio & mandandi poteſtas tribuatur, præſertim cum inconſulto Cæſare & non requiſito Imperij ordinum conſenſu res tanta à Pontifice ſuſcepta ſit. Turbavit etiam quietem & pacem publicam Gebhardus Truchſeſius Archiepiſcopus Colon. qui ductâ Agnete Comit. Mansfeldiæ, & dignitatem retinere & libertatem religionis introducere ſtagebat, nec ceſſavit tumultus, donec illo remoto Erneſtus Bavariæ Dux Præſul eligeretur. [Hieronymus Scotus Rudolphi II. Necromanticus, cujus Effigies ignominioſè Coloniæ per plateas civitatis raptabatur, & Romæ cremabatur, circa promulgationem damnationis Pontificiæ. Piaſec *pag.* 17. hujus Agnetis manu inſpecta, illam monuit, ut à matrimonio abſtineret; ſi enim nupſeris, inquit, magnæ ſanguinis effuſioni & mariti tui exitio occaſionem præbebis.] Cum Turcis grave & diuturnum bellū geſſit Rudolfus per duces ſuos, Teuffenbachium, Mansfeldium, Schwarzenburgium, & Ruſvvurmium. Amiſſa ſunt in hoc bello arx Rab, (dedente eam Ferdinando Com. ab Hardeck, qui pœnas ignaviæ capitis ſupplicio luit 28. Maji, 1594.) quam triennio poſt Adolphus Com. Schvvarzenburgicus recuperavit, totius Styriæ & Auſtriæ propugnaculum, Caniſſa, Agria, Strigonium & alia loca. Recuperata Alba Regalis, ad quam Ruſvvurmius cum ſeptem millibus, 1. millia hoſtium fudit. Cum Stephano Botſchkay armis decertatum ob religionem, cujus libertatem tandem obtinuit, qui biennio poſt id egit, ut pax Turcica cum Imperio in XX annos firmaretur. Meteran. *lib.* 16. *pag.* 540. De pace in Belgio procuranda, & igne, antequam ampliorem flammam conciperet, extinguendo, ſolicitus fruſtra fuit. A fratre Matthia bello laceſſitus 1608. eidem regnum Ungariæ & Auſtriam conceſſit. Bohemis interceſſione Electoris Saxoniæ, ut & Sileſiis & Moravis liberum Religionis Exercitium permiſit, & de eo literis, ut vocant, Majeſtaticis cavit 11. Jul. 1609. Eodem anno defuncto Joh. Wilhelmo Duce Juliacenſi, dum Brandenburgicus & Neoburgicus, defuncti ſororij, eidem ſuccedere conantur, Imperator Ducatum tanquam feudum Imperij apertum per Leopoldum Archiducem occupare nititur; Sed Mauritius Naſſovius Principibus in auxilium veniens Juliacum ad deditionem cogit. Miles Leopoldi ad Danubium omnia vaſtat, poſt in Bohemiam movens Budweiſſum occupat, Pragam quoque minorem intrat, & cum præda VII. milliones æſtimata iterum diſcedit, in auxilium Bohemis veni-

cate

vide Thuan. *lib.* 76.

ente Matthia, qui conſenſu Imperatoris 23. Maji, 1611. Rex Bohemiæ coronatur, cùm confirmaſſet Bohemis, Sileſiis & Moravis ſua privilegia: in ſequente anno moritur Imperator Optimus, Felix omninò, niſi nimia credulitate eorum, qui impenſius Hiſpano & Pontifici faventes pacem Germaniæ turbare inſtituerant, majorum ſuorum atque inprimis Maximiliani patris decreta reſcindere, & religionis moderatam tolerantiam peſſundare maluiſſet. Vergens in ſenectam perſuaſus fuit à Tichone Brahe mathematico, ut inſidias propinquiorum caveret, non prodibat quoquam foras, ſed deambulare in porticibus interioribus, & præſertim ad ſtabula equorũ, quibus videndis oblectabatur, quotidiè commeare ſolebat, ut curioſiores ejus videndi copiam nuſquam faciliùs habere potuerint, quàm aſſumpto habitu equiſonum quaſi curandis equis aſſiſterent In privato miniſterio potiſſimùm utebatur mechanicis & fœminis. Publicorum negotiorum curam omnem prorſus ſepoſuerat, rariori aditu pro eis tractandis patente paucis miniſtris. Itaque Ungariæ & Auſtriæ Ordines quod ad Imperatorem ſolitarium difficilis ipſis pateret (pro expediendis negotiis ſuis) acceſſus, cenſentes melius ſaluti provinciarum conſultum eſſe ſi haberent Principem qui præſens neceſſitates eorum cognoſceret, & ingruentibus periculis maturè ſubveniret, Matthiam ſibi regem & Principem elegerunt, cui electioni Rudolphus, quamvis ægrè conſenſit, & ad diem inaugurationi præſtitutum coronam & inſignia regalia Ungarica per Cardinalem Dieterichſteinium Poſonium miſit. Auſtriæ quoque adminiſtrationem eidem conceſſit. Leopoldus Archidux ſucceſſionem in Imperio & regno Bohemiæ ambiens, cui Imperator ipſe favebat, exercitum occaſione Juliaci collectum Paſſavium Bohemiæ vicinum traduxit, ſed adventante Matthia receſſit. Hæc odia fraterna vitam Rudolpho abruperunt 10. Januar. 1612. cùm exegiſſet annos ætatis 59. Imperij 35. Theſaurum reliquit XVII. millionum auri. (Tantundem, quod magis mirere Auguſtus Saxoniæ Elector comparſit, & Henricus IV. Rex Galliæ. Coſmus Magnus Dux Hetruriæ XII. ut infra dicam in deſcriptione utriuſque regni & Ducatus.) Picturæ peritus fuit, nec peritus modo, ſed & inſignis pictor & aurifaber. Sub hoc Imperatore literarum ſtudia maximè floruerunt, ut nullo unquam tempore Germania tot eruditos habuiſſe videatur. Matthias Ung. & Boh. Rex ſtatim à morte fratris *Imp. Rudolphi* inquiri fecit in ejus miniſtros familiariores, quorum Ruſcius ærarij præfectus, veritus acerbiorum quæſtionum cruciatus, laqueo ſibi injecto, in carcere vitam finivit.

Matthias juvenis admodum ob ſingularem animi indolem & virtutes ad gubernationem provinciarum Belgicarum evocatus 1577. cùm ſe imparem videret ferendis Philippi II. Regis Hiſpaniarum odiis, cura illa abdicata in Auſtriam eſt reverſus, ac 19. Nov. 1608. coronatus eſt Rex Ungariæ prælatis vexillis provinciarum ſub Ungaria comprehenſarum Dalmatiæ, Croatiæ, Slavoniæ, Serviæ, Bulgariæ, Podoliæ, Tranſylvaniæ, & Walachiæ: poſtea acceſſione facta regni Bohemiæ, etiam ad Imperiale faſtigium eſt evectus. Cùm nullam ſpem ſuſcipiendæ prolis haberet, & jure Auſtriacæ familiæ ipſi ſuccedere deberent Albertus & Maximilianus ejus germani, at illi quoque ſteriles ſenuiſſent, permiſerunt Ordines Regni Bohemiæ, ut ejuſdem patruelis Ferdinandus Rex renunciaretur, & coronaretur eâ conditione, ne vivo Imperatore gubernationi ſe immiſceret, ut privilegia regni confirmaret, & incolis liberum maneret exercitium religionis. Coronatione anno 1617. peractâ, cum Imperatore & fratre Maximiliano Electorem Saxoniæ Dreſdæ inviſit, jam inde ſibi ſuffragium pro ſucceſſione in Imperio aucupaturus. Matthias cùm aulam ſedis Cæſareæ Praga Viennam tranſtuliſſet, invaluerunt in Bohemia ſuſpiciones quaſi novus Rex abrogare vellet literas Majeſtatis pro libertate religionis à Rudolpho conceſſas,

Plaſec. *p. 218.*

MATTHIAS

NB. *Non omittenda urbi unde in omnia regimen*, Tac. *vid.* Clapm. *lib. 3. cap. 15.*

ſas. quare Comitia indicunt de hoc negotio deliberaturi, ubi tres officiarios Wilhelmum Slavvatam, Jaroſlaum à Martiniz, ac M. Philippum Platterum Secretarium illis adverſantes, more recepto, è feneſtris præcipitant. Imperator in ultionem ſe accingens conſcripſit exercitum, belliquc imperium Dampiero & Buquoyo deferr, quibus Bohemi opponunt Erneſtum Mansfeldium & Henricum Matthiam Com. Turrenſem. His motibus componendis Cæſar Principes Imperij Egram convocat, ſed fato præventus excitatum incendium extinguere non potuit. Obiit pacificus hic Princeps ætat. anno 63. Imp. 6. menſ. 8. [mortem ejus prædixerat inſignis Mathematicus Köplerus in ſuo prognoſtico litera M. ſexies reperira, indicans, *Monarcham Mundi Matthiam Moriturum Menſe Martio.*] Uxor $\frac{4}{14}$. Decem. 1618. ex animi anxietate obiit.

Erneſtus frater Matthiæ Auſtriacis provinciis xvII. annis præfuit. A Pilippo II. Prorex Belgij in locum Petri Erneſti Com. à Mansfeld ſurrogatus, infirmâ continuò fruebatur valetudine, quâ ingraveſcente ex concepta melancholia, quod matrimonium cum Infante Hiſpanica non procederet, & bellum familiæ Auſtriacæ contra Turcam, & ſuum contra fœderatos ex voto non ſuccederet, quod ſe tam ab hoſte quàm ab ipſis Hiſpanis contemni videret, mortuus eſt nocte inter 20. & 21. Febr. 1595. Fuerat ad Hiſpaniarum Regis obſequium promptiſſimus, privatum commodum non quærens, ita ut ſæpè non haberet, unde domeſticis & creditoribus ſolveret, cùm tamen frugi eſſet, nec ulli faſtui aut pompæ deditus. Meteran. *lib.* 17. *pag.* 588.

Piaſec. *p.* 60. Maximilianus alter frater electus in Regem Polon. 1587. cum vi illud regnum obtinere vellet, initio anni 1588. à Johanne Zamoiſcio magno Regni Cancellario victus, amiſſis ex copiis ſuis tribus millibus captus fuit Piaſec. *p.* 70. cum omnibus ſuis. Tormenta bellica ceſſerunt Zamoiſcio, ſuppellectilem argenteam & auream ſolutâ ejus æſtimatione à militibus idem Zamoiſcius redemit, & Maximiliano nonnullam utendam dedit. Iſtis autem non contenti milites, donativum à captivo petentes, mutua accepta à Zamoyſcio xxx. millia florenorum acceperunt. Primò Cracoviam poſt Mariæburgum in Pruſſiam captivus deductus, cum regno & regio titulo renunciaſſet, 1589. liber dimiſſus eſt, ut nominis ita fortunæ paternæ heres: nam & ille ad ejuſdem regni ſceptra vocatus, dum diutius deliberat de conditionibus ſuſcipiendi regni, Stephano Battori ea ſuſcipiendi facultatem conceſſit. Cùm illi adminiſtratio belli Ungarici committeretur, ad Kereſteſum inſeliciter pugnavit, profligatus in fugam vertitur, omnibus impedimentis neceſſariis & armis abjectis, quo expeditior curreret, unico equo cum paucis comitibus, è loco periculi elatus, fugam Caſſoviam uſque xIV. milliaribus Germanicis inde conſtantem continuavit, & caſtra inſtrumento omni bellico & commeatu plena, ſuppellectili aurea & argentea locupletiſſima in prædam hoſti conceſſit. Tandem Ordinis Teutonici Magiſter, ob. menſ. Nov 1618.

Albertus tertius frater Cardinalis regno Portugalliæ à Philippo II. Hiſpaniarum Rege Præfectus, in locum defuncti Erneſti Provinciis Belgicis Pro-Rex datus, ſub finem dicti anni. In Belgium venit cum mille Equitibus & quatuor millibus peditum, ac quadragies centum millibus aureorum Hiſpanicorum. Piaſec. *Chron. p.* 137. Per Legatum a. ſuum Philippum Naſſovium Mauritij fratrem à Pontifice obtinuit, ut poſſet arma & militarem habitum ferre, clericali mutato, & Eccleſiaſticos cenſus quos amplos cum Archiepiſcopatu Toletano poſſidebat retinere. Anno 1599. duxit Iſabellam Claram Eugeniam Philippi II. Hiſpan. R. filiam quadragenariam effœtam. Biennio poſt Oſtendam, ex qua Flandris infinita commoda inferebantur, obſedit, ad quam obſidionem Status Flandriæ in ſingulos

gulos

gulos menſes trecenta millia florenorum promiſerunt, & dictam Iſabellam
Claram Eugeniam votum feciſſe ajunt, non ſe prius interulam mutaturam,
quàm capta eſſet Oſtenda. Quod poſt tertium obſidionis annum de-
mum contigit. An illa nullo alio induſio interea uſa ſit, credat qui
vult. Hæc anno 1609. 25. Mart. pallium mittit Mariæ Lauretanæ cu-
jus precium fuit quadringentorum millium florenorum, cùm adamantes
in eo eſſent ter mille, & margaritarum 20. millia. Obiit Albertus 1621. 31.
Iul. & cum eo defecit ſtirps maſcula Maximiliani II. omni hereditate ad
pſius patruelem Ferdinandum translata, qui cum fratribus Leopoldo &
Carolo Comitatum Tyrolenſem, Landgraviatum Alſatiæ cum Briſgoa &
adjacentibus ditionibus in tres partes diviſit, ex quibus una Cæſari, altera
Leopoldo, tertia Carolo obtigit. Sed hic ſacro voto obſtrictus ſolo Mar-
chionatu Burgoviæ & paucis in Sileſia dominiis præter annuam penſio-
nem contentus, partem ſuam Cæſari remiſit, quam hic dein fratri ſuo Leo-
poldo liberisque ipſius attribuit. Brachel. *pag.* 79.

Christ. Forſtn. *Not. in Tacit. pag.* 164.

Hic Carolus ſpe adipiſcendi regni Portugalliæ illectus, in Hiſpaniam
profectus, ut primum Barcellonam attigit, languere cepit (ex potu vini
meracioris) & Madritum conductus, trigeſimâ à ſuo adventu die fatis con-
ceſſit. Fuerat Princeps prudentiâ & moderatione inſignis, Magnus Ma-
giſter Ordinis Teutonici, Epiſcopus Wratislavienſis & Brixienſis. Magi-
ſterium Ordinis Teutonici ab Equitibus Domino de Weſternach Ordinis
Vicario collatum eſt, eâ conditione, uti illud Archiduci Leopoldo Wil-
helmo Cæſaris filio cederet, cùm is annum ætatis XIIX. attigiſſet, perſolu-
tis illi interea quotannis XII. florenorum millibus, quæ & ipſe poſt renun-
ciationem ab Archiduce reciperet.

Leopoldus alter frater & ipſe primùm ſacris addictus, poſt relictis E-
piſcopatibus Paſſavienſi & Argentoratenſi Leopoldo Wilhelmo fratris
Ferd. filio, deſponſavit ſibi Claudiam Ferdinandi Hetruriæ Magni Ducis
natam, Urbini Ducis viduam: ſed cùm Leopoldus tunc temporis ſolùm
ſer annorum tredecim, decretum, ut donec ad octavum decimum an-
num perveniſſet, quinquennij totius proventus ſeponeretur, ex eoque æs
alienum quo Eccleſiæ gravatæ erant diſſolveretur, atque interea temporis
Capitulum bona Eccleſiarum moderaretur.

FERDINANDUS II.

Ferdinandus verò ſecundus, Caroli Archiducis, ſed grandior natu fi-
lius, defuncto Matthia, 18. Aug. anno 1619. Francofurti Cæſar deſignatus,
eodem menſe coronatur. Religionis libertatem in ditionibus ſuis ſuſtulit,
quod deinceps ſe permiſſurum anno jubilæo 1600. Romæ ſolenni jura-
mento Pont. M. promiſit. Hinc in Styria & reliquis provinciis heredita-
riis Evangelici ſevere admodum habiti, proſcripti & ejecti. Bohemiæ ad-
miniſtrationem ſuſcepturus Diplomate Regni privilegia confirmavit, &
Magiſtratibus à Matthia conſtitutis, ſed à proceribus abdicatis poteſtatem
prorogavit, quod ſequius interpretati Bohemi, illi fidere noluerunt, &
poſtridie quam Francofurti Cæſar creatus eſſet, regnum ei abrogant, &
Aug. regem ſibi eligunt Fridericum V. Comitem Pal. Hinc illa tem-
peſtas quæ totam inundavit Germaniam, hinc tot populorum ruinæ & in-
teritus. Sed uti res cœpta, ita ceſſit. Fridericus in conſpectu urbis Pragæ
prælio vincitur à Cæſarianis 22. Nov. 1620. ipſa Dominica quâ explicaba-
tur Evangelium, Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt DEI DEO.
Hac decretoria pugna ſubacta Bohemia, Auſtria coercita, Moravia in obſe-
quium redacta, Sileſia repreſſa, Hungaria recuperata. Nam & Hungari imi-
tatores Bohemos Gabrielem Bethlehemum Principem ſibi elegerunt, ei-
demque adhæſerunt. Ferdinandus ipſis 29. annis quibus hoc bello inte-
rio flagrat Germania frequentibus victoriis clarus, earum continuatio-
nem reliquit filio Ferdinando, quem Hungari 1625, Bohemi biennio poſt
Regem

Regem coronârunt, & poſtquam effeciſſet pater, ut in Comitiis Ratisbonenſibus 1636. etiam Romanorum Rex eligeretur & coronaretur, Viennam rediit, ibique longo ſtomachi vitio conſumtus, 1637. die 15. Februar. (quo Wallenſteinius Egræ ante triennium trucidatus erat) animam exhalavit anno ætatis 59. Ei per Imperium & vicina regna, Conſtantinopoli quoque permiſſu Amurathis, ab Oratoribus Principum Chriſtianorum parentatum eſt.

FERDINANDUS III. Ferdinandus III. mactato Wallenſteinio arma induitur feliciſſimus, dum ipſe rebus adeſſet. Anno 1634. expugnavit Ratisbonam, ad Nordlingam profligat hoſtem cæſis duodecim, captis 6. millibus. Hæc clades par ſine dubio Lipſienſi, amiſſa 300 utriuſque generis ſigna, octoginta maiores machinæ, impedimenta & apparatus militaris univerſus, Guſtavus Horn Suedicæ militiæ ductor cum Comite Cratz captus. Anno 1636. in Comitiis Ratisbonenſibus Rex Romanorum eligitur, ſequente anno patri in Imperio ſuccedit. Anno 1646. vidit filium Ferdinandum IV. coronari Regem Bohemiæ, 1647. Hungariæ. Anno 1648. Pax tot annis omnium Germanorum votis expedita Monaſterij Weſtphalorum concluſa, 24. Octobr. ſubſcripta, poſtridie publicata fuit. Admirationi erat exteris regnis, poſt tot annorum muſis & libris adverſantia arma, tot eruditorum memorabilis & penè incredibilis confluxus, ſingulis toto animo adnitentibus, ut Germana ſinceritas & fides patriæ, & hæc ſibi redderetur. Hæc tandem Noribergæ confirmata & feſtivis celebrata gaudiis. Anno 1653. Comitia ſolennia Ratisbonæ habita, nec multo poſt Auguſtæ conventus Electorum, ubi ſummâ concordia & unanimi voto Ferdinandus IV. Rex Romanorum ſalutatur, & Ratisbonæ 8. Iun. coronatur. ſacra peragente Elect. Moguntino; ſed is anno ætatis 21. nondum coronationis XIV. menſibus completis, tertis abripitur, aliam in cœlo coronam accepturus, quam etiam adeptus eſt menſ. April.

LEOPOLDUS. anni ſuperioris Ferdinandus III. glorioſiſſimæ memoriæ, in cujus locum menſe Iulio præterito filius Leopoldus, pro cujus ſalute DEUM invocamus vivum, quem & ipſi Imperatores propitium ſibi præter ceteros malunt. Sciunt enim quis illis dederit Imperium, ideò magnus Imperator, quia cœlo minor eſt: illius enim eſt ipſe, cujus & cœlum eſt, & omnis creatura. Tertullian. *in Apologet. adverſus gentes, cap.* 30. finio cum Voto:

LeopoLDVs MeLIor TraIano! fIat!
LeopoLDVs soL IMperII.

HISPANIARUM REGES.

HISPANIA hodiè in tria regna diſtribuitur, Caſtellæ, Aragoniæ & Portugalliæ, & horum titulo tenet Rex, quicquid tenet. *Sub Caſtellæ regno* ſunt duæ Caſtellæ, Legio, Aſturia, Gallæcia, Extremadura, Andaluſia, Granata, Murcia, Biſcaja, Navarra, Mediolanum, Belgium, Burgundiæ Comitatus, Inſulæ Canariæ, India Occidentalis ſive America, Inſulæ Philippinæ, Regna Africæ, Orani, Bugiæ, Algeri. *Sub regno Aragoniæ*, ipſa Aragonia, Catalonia, Valentia, Inſulæ Baleares, Regnum Neapolitanum, Sicilia, Sardinia. *Sub Portugallia*, ipſa Portugallia, Algarbia, Guinea, Æthiopia, India Orientalis, Braſilia, Inſulæ Moluc-.

Anno 1379. incepit regnare Johannes I. Caſtellæ & Legionis Rex, qui uxorem habuit Leonoram Petri Aragoniæ Regis filiam, quâ mortuâ duxit Beatricem Ferdinandi Portugalliæ R. filiam, quod matrimonium graviſſimi belli cauſa fuit. Licet enim matrimonium vinculum ſit ad ſecunda hominum diſſidia & concordiam conciliandam, ſæpè tamen gravibus ſcandalis cauſam præbuit. Ferdinandus, cùm legitimum filium non haberet, ſed tamen naturalem Magiſtrum Ordinis militaris Davis, Johannes Rex Caſtellæ regnum ad ſe & uxorem Beatricem jure pertinere contendebat, majore parte nobilitatis regni baſtardo adhærente. Habuit & aliud non minus acerbum bellum cum Anglis, ſed neutri finem imponere potuit, improviſa morte, equi caſu oppreſſus, relictis duobus filiis, Henrico & Ferdinando, qui duo fratres toti Hiſpaniæ Reges & Reginas dederunt. Horum mater Leonora ſoror fuit Johannis & Martini Aragoniæ Regum: ille unicam filiam ſuam Jolantham elocavit Ludovico Andegavenſi: ſucceſſorem autem in regno habuit fratrem Martinum, unicus fuit filius cognominis, quo defuncto, cùm jam ſeneſceret, ... & quadraginta annos natus, ſed fracto valetudine corpore, & ... à ſagina gravis, libidinis avidus magis quàm potens, cujus facul... dum exquiſitis medicamentis excitatur, vitalia labefacta fataliſque ... accelerata eſt. Mariana *lib.* 19 *pag.* 775.) & obeſo corpore veterno ... veſceret, tamen perſuaſerunt Proceres regni ut uxorem duceret: Me... ſpem prolis faciendtibus, quod facilius ex homine provectioris ætatis ... puella, quam ex utroque adoleſcente filii gignerentur. Sed vix men... à nuptiarum die interceſſerat, cùm in præſentia regis de futuro here... diſputârunt. Legatus Galliæ Regis, Ludovici Andegavenſis, alij alio... in partes egerunt, quibus Martinus Rex graviter reſpondit, ut videre ... apud Laur. Vallam. *lib.* 2. *de reb. geſt.* Ferdinandi Aragon. Regis, *pag.* ... & Johan. Marianam, *lib* 19. *de reb. Hiſpan. cap.* 19. & 20. Mortuo ſine liberis rege, certantibus de regno Ludovico III. Andegavenſe, & Jacobo Urgelli Comite, & Ordinibus Regni de rege diſſidentibus, delectorum ordinum ſuffragiis declaratus eſt Rex Aragoniæ, Martini I. ex ſorore nepos, Ferdinandus Juſtus. Cujus frater major natu Henricus mortuo ... Caſtellæ & Legionis gubernacula annorum XII. ſuſcepit anno 1390 ... tenuit annis XVI. uxorem tempeſtivè duxit Catharinam Glouceſtriæ ... cis filiam, per quod matrimonium pax firmata eſt inter Anglos & Hiſpanos.

JOHANNES I.

FERDINANDUS Juſtus.

Ex eo natus Iohannes II. patri ſucceſſit, cùm eſſet in cunis, & nondum viginti menſes expleviſſet, ſub tutela matris & Ferdinandi patrui, ... cerij curâ penes Toletanum exiſtente, dolentibus ceteris plus unum ſacerdotem poſſe reliqua nobilitate. Ferdinandus tutor bellum à patre ... parte, contra Saracenos inceptum feliciter continuavit, & Granatam

JOHANNES II.

 nepotis

nepotis & pupilli ſui regno adjecit, eidemque univerſam victoriam fideliſſimè attribuit. Iohannes in ſuam tutelam veniens Iudæos Chriſtianam fidem amplecti nolentes, bonis eorum confiſcatis è regno expulit. Ex uxore ſua Henricum IV. & Iſabellam ſuſcepit, quæ educata ſine faſtu, ſine deliciis, ſine illecebris, quibus omnes ferè Principum liberi delicatiores educari ſolent, multos Chriſtianos Principes excitavit, ut ejus conjugium peterent, tandem ex conſilio regni Procerum & Conſiliariorum nupſit Ferdinando Catholico, Ferdinandi juſti nepoti, (qui illius adjutus conſilio plurimas & maximas res maximo cum ſucceſſu geſſit, ut huic fœminæ magnitudinem ſuam Hiſpania non minima ex parte ferat acceptam. Bernegg. *quæſt. ad Tac. Germ. pag.* 128.) per quod matrimonium regnum Caſtellæ ad Aragonios pervenit.

ALPHONSUS Magnanimus.

Hic Ferdinandus moriens reliquit Aragoniæ, Cataloniæ, Valentiæ, Navarræ & Siciliæ regna filio Alphonſo cogn. Magnanimo, laudatiſſimo heroi, ſi quis unquam vixit, de cujus dictis & factis memorabilibus extant libri Æneæ Sylvij. [A Iohanna regina Neapolitana muliere libidinoſiſſima, unde etiam Lupa cognominata, in regni ſucceſſorem adoptatus fuit Alphonſus hic aliquando: verùm adoptione reſciſſa, in ejus locum regina Ludovicum Andegavenſem adſcivit, hocq; 1434. mortuo, ut quidam ſcribunt, heredem teſtamento reliquit hujus fratrem Renatum Lothariagiæ & Barri Ducem. Ab hoc principio diuturna atque internecina Gallis & Hiſpanis bella nata, in quibus modo Aragonij, modo Andegavenſes Neapoli potiti ſunt.] Saracenos, Arianos, Mahumetanos, qui maximam Hiſpaniæ partem obtinebant, diutino bello profligavit, quo nomine ab Innocentio VIII. Regis Catholici titulo inſignitus eſt. Ad ea autem uſque tempora Hiſpania quandoque majori, quandoq; minori ex parte à religionis Chriſtianæ hoſtibus occupata fuerat ab anno DCCXX. Antea autem bonos habebat reges, quanquam Gothici generis, qui Chriſtiani fuerunt, quorum etiam temporibus Toleti & alibi multa (XVII.) Concilia habita ſunt. Gentil. *p.* 212. Obiit ſine legitimis liberis Alphonſus an. 1458. æt. 65. regni 42. d. 26. filium naturalem Ferdinandum teſtamento ſucceſſorem in regno Neapolitano inſtituit. Frater Henricus Magiſter militiæ S. Iacobi, Marchio Villenæ, Dominus & Dux Segorbij, ducta Catharina Henrici IV. R. Caſtellæ filia, ſtirps fuit Ducum Segorbij. Ei in Aragonia & Sicilia ſucceſſit frater Iohannes, qui per matrimonium Blancæ Caroli Navarræ Regis filiæ id regnum adeptus eſt. In bellis contra Iohannem Caſtellæ regem, ut & Barchinonenſes & Catalanos, militaribus laboribus fractus, quos ſæpè, quaſi gregarius miles eſſet, immenſos toleraverat, obiit octuageſimum quartum agens annum, regni 21. menſ. 2. d. 25. relictis liberis in ſchemate nominatis, quorum Carolus Princeps Navarræ, ſive Rex, & verus poſt mortem matris heres & ſucceſſor, ex humanis, non ſine magna ſuſpicione veneni à noverca porrecti deceſſit 1461. 23. Sept. æt. ſuæ anno 40. menſ. 3. d. 24. Hujus inſignia erant duo canes venatici unum rodentes os: per os Navarram, per canes, duos reges Caſtellæ & Aragoniæ ſignificans: uterque enim Navarram affectabat. Texeira *pag.* 152.

FERDINANDUS Catholicus.

Hujus frater conſanguineus Ferdinandus Catholicus maritus Iſabellæ Caſtellanæ, Princeps prudentiſſimus juxta & feliciſſimus, in quo nihil meritò deſideres præter fidem, qua ſub colore religionis ad ambitionem & inexplebilem propagandi imperij cupiditatem abuſus eſt. Defuncto Henrico IV. uxoris fratre regna Caſtellæ & Legionis adeptus eſt. Regnum Granatæ poſt octingentos ferè annos, quibus id poſſederant Saraceni ſ. Mauri, recuperavit, & ſexcenta millia in vicinam Mauritaniam, unde olim venerant, expulit, [in urbe Granata Maurorum Reges Palatium habuerunt tantâ vaſtitate, ut quadraginta millia defenſorum potuerit recipere. *vid.*

Paul.

Paul. Merul. *Coſmogr. pag. 354.*] Neapolitanum regnum per Ferdinandum Conſalvum, Orani in Africa, Hiſpaniolæ & Americæ regna, per Chriſtophorum Colonum, quem alij corruptâ voce Columbum vocant, Fortunatas etiam Inſulas ſuo adjecit imperio. Iudæos 1492. regno ejecit, ita ut hujus Ferdinandi & Emmanuelis Portugalliæ Regis edictis, plusquam octingenties mille Iudæi ex utroque regno ejecti, & in Turcarum oras deportati ſint. Ob quod factum Pontifex Catholici cognomentum ei impoſuit. Anno 1512. cùm Ludovicus XII. Gall. Rex cum Iulio II. Pont. M. bellum gereret, & Iohannes Rex Navarræ cliens & vaſallus Regis Gall. officij ſui monitus & rogatus, coactis in regno ſuo copiis tantum in Gallias exercitum adduxiſſet, ut regnum ſuum propè viris nudatum ac deſtitutum reliquerit, Pontifex re cognitâ cum Ferdinando per internuntios egit, ut abſentis Navarræ regis ditionem invaderet: quod ille rei agendæ occaſionem nactus non ſegniter fecit, & regnum illud occupavit, quod hâc ratione ditionibus & regnis Caſtellæ & Aragoniæ regis acceſſit, autore Papa Iulio, bono & ſine ulla dubitatione idoneo, ſi modo in regula juris, quâ dicitur, eum juſtè poſſidere, qui prætore autore poſſidet, ſcriptum eſſet, Papa autore. Hotoman. *in bruto fulm pag. 174.* Colore religionis & hoc bellum ſuſcepit. Iurisjurandi religionem adeò neglexit, ut Conſalvus non ſemel in magnorum virorum corona de fluxa ejus fide conqueſtus feratur. Unde ejuſdem jocus in vulgus emanavit, Ejus ſe numinis metu adſtricturum Principem ſuum, cujus majore reverentiâ tangeretur, quo dicterio notabat, parum ſinceram in eo de religione Chriſtiana opinionem, adeoque Iudaiſmo infectam. P. Bizarr. 13. *hiſt. Gen.* Ut ut autem in acquirendis regnis felix fuerit, domi infeliciſſimus magnas clades ſenſit. Iohannes unicus filius, ſexto à contractis cum Margareta Maximiliani Imp. filia nuptiis menſe, moritur. Ejus uxor, audita mariti morte fœtum edidit mortuum. Filium inſecuta eſt mater Eliſabetha. gener, Alphonſus, Rex Portugalliæ tertio poſt nuptias menſe, delapſus equo perfregit cervicem in conſpectu uxoris, quæ poſtea Emmanueli Portugalliæ Regi nupta, partus doloribus extincta eſt. Ita ad Iohannam Philippo Auſtriaco nuptam tota devoluta hereditas. Hæc Heroina doctiſſima ex tempore latinis orationibus, quæ de more apud novos Principes opidatim habentur, latine reſpondit, quod & de tribus ejus ſororibus prædicatur, quibus nullæ, memoria hominum, mulieres ſinceriore pudicitiâ, nullæ integriore famâ, nullæ populis ſuis gratiores reginæ extiterunt, nullæ magis amârunt conjuges ſuos, nullæ obſequentius eis paruerunt, *teſte* Ioh. Lud. Vive *lib. 1. de Inſtit. Chriſtiana fœmina. p.* 201. Hac Iohanna geniti, Gandavi Carolus poſt Imp. ejus nominis V. & Ferdinandus Medinæ in Caſtilia. Ipſe Philippus ex Belgio in Hiſpanias rediens 1506. ſocerum ſuum regno exire jubet, qui Neapolin ſecedens, poſt ſeptimum menſem mortuo Philippo revertitur, & 1516. moriens omnium bonorum ſuorum heredem reliquit Carolum, quem Gandavi educandum dedit Maximilianus avus Wilhelmo Croyo Domino Areſchori & Adriano Florentio; Belgicis provinciis gubernandis commiſſis Margaretæ filiæ, quæ bis nupta 1. Iohanni Ferdinandi Catholici filio, 2. Philiberto Duci Saband. mortua 1530. 1. Dec. ſibi ipſi Epitaphium fecit: *Cy giſt Margola noble Damoiſelle, qui fut deux fois mariée & encore eſt pucelle.* Corn. Agrippa *in orat. funebri.* Commin. pag. 931.

Carolus 15. ætat. anno in Brabantia aliisque hereditariis regionibus inauguratur, & poſt triennium in Hiſpaniam navigans regna avi materni ſuſcipit. Mortuo Maximiliano avo Francofurti Rom. Rex & Imp. eligitur, quam electionem quidam Barcinonem nono die perveniens ei nunciavit. Sleidan. *libr.* 1. Trajectenſem & Tranſiſulaniam provincias & Carolus V. Imp.

Ducatum Geldriæ cum dominio Groningæ, ut & Cambreſianam ditionem reliquis provinciis junxit, quas mortua amita Margareta ſorori ſuæ Mariæ Ungariæ Reginæ gubernandas commiſit, cùm ipſe graviſſimis bellis & continuis itineribus diſtineretur. Belgij Proceribus omnium ditionum adminiſtrationi 1556. menſ. Aug. Gandavi renunciavit, filij præſentis & ſuccedentis virtuti coufiſus, qui in gubernatione Mariæ amitæ ſuæ ſuffecit Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem, quem excepit Margareta filia notha, Parmenſis Ducis vidua. Philippo autem in Hiſpaniam navigante 1559. quam non tantum in Flandria, ſed & in toto Belgio miſerè & infeliciter omnia ſucceſſerint, notiſſimum eſt. Ibi ſeverè animadvertit in Lutheraniſmi ſuſpectos, aliis concrematis, aliis alio ſupplicii genere interemtis, inter quos etiam fuit Conſtantinus Pontius Hiſpanus, qui puriori religioni addictus, Carolo V. à ſacris confeſſionibus fuerat. Nam ultimis annis DEUS illi ſalutarem verbi ſui notitiam inſpiravit, ut nonnulli ſcribunt.

PHILIPPUS II. Philippus in lucem prodiit eo tempore, quo Roma patri ſubjugabatur non levi ejus amplitudinis augurio, quâ illum dilatari ceteri reges obſtupuerunt, terrarum Turcicæ potentiæ dimenſionem decies antecedentem, ſi *Bodino* adſtipulemur, atque hinc in Europa XVIII. regnorum, olim diſtinctorum, & tot Ducatuum, Comitatuum, aliarumque ingentium ditionum, illinc Indiarum noviq́ue orbis monarchiam perpendamus. Annum agens XVII. Mariam Johannis Portugalliæ R. avunculi ſui filiam, uxorem duxit, quæ enixa Carolum puerpera moritur. Anno 1554. 25. Iul. Mariam Angliæ reginam, patris conſobrinam, per Lamoralum Egmondanum Gavriæ Principem procuratorem ſuum Wintoriæ in uxorem accepit: quo die ipſi pater titulos regales Neapolis & Hieroſolymorum contulit, & ipſa regna per Legatos reſignavit, ita ut ſimul titulis inſignirentur Rex & Regina Angliæ, Franciæ, Neapolis, Hieroſolymæ, Hiberniæ, Principes Hiſpaniæ & Siciliæ, Archiduces Auſtriæ. Hâc quadragenariâ ſterili mortuâ, duxit Iſabellam Henrici II. Galliæ Regis filiam, cui hic promiſerat, ſi Valeſia ſtirps maſcula extingueretur, Britanniæ poſſeſſionem ad Iſabellam & ex ea ſuſceptos liberos perventuram. Ex hac ſuſcepit Iſabellam Claram Eugeniam, quam ſpeculum & lucem oculorum ſuorum vocare ſolebat, & Catharinam, Alberti Archiducis Auſtriæ, & Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis uxores. Inter has ſæpius repetitas nuptias, cùm ſolum Carolum ex prima uxore ſuſceptum haberet filium, & ex tertia præ-

Thuan. *lib. 43.* ter jam dictas filias, alios vix ſperaret liberos, horribile & nuſquam inter Principes Chriſtianos auditum ſeveritatis paternæ fecit exemplum. Cùm enim hic Carolus annorum viginti duorum in ſuſpicionem affectati regni, & ſecretiorum de vita patris machinationum veniſſet, eum ſub cuſtodiis, ab omni conſortio & colloquio ſegregatum per biennium tenuit, & deſperata ipſius fruge, re cum S. Inquiſitione communicata, propinato in juſculo veneno interire fecit, anno 1568.

Beyerl *p. 253,* *Chronogr.*

*F*ILIV*s ante* DI*e*M *patr*I*os* I*nq*VI*r*I*t* I*n annos.*

Tertiâ uxore defunctâ duxit quartam, Annam ſororis ſuæ filiam, ex qua habuit Jacobum & Philippum; & primum quidem immaturum amiſit, ſecundum autem Phil. III. nominatum, anno 1584. 12. Nov. Regem Hiſpaniarum & omnium Dynaſtiarum unicum heredem Madriti renunciari & ritu ſolenni inaugurari fecit. Ipſe tamen vivens imperavit ſolus. Gubernatrici Belgij viduæ Ducis Parmæ, & Granvellano inquiſitionem commendavit, quam ſtrenuè poſt executus eſt dux Albanus inauditis tormentorum ſuppliciis, quadraginta c. M. ob religionem & bellorum turbines abſumptis. *vid. ſupra. Monicheta.* unde natum bellum illud in Belgio in quod ultra ducentos anni milliones impenſos eſſe ſcribunt indubi-

dubitatæ fidei authores. Arma regis ſæpè adverſos recepta ſunt ſucceſſus, præſertim in Africa, ubi 1560. menſe Majo, inſtructiſſima claſſis ad recuperandam Tripolim emiſſa, tota ferè fuit profligata, decem & octo millibus hominum tam militum quàm nautarum Chriſtianorum in illa clade pereuntibus, triremibus 27. cum plurimis onerariis navibus, partim demerſis, partim in poteſtate hoſtis relictis. Deinde anno 1574. m. Sept. Tunetam & Galeta fortiſſima Africæ propugnacula, à Carolo V. an. 1535. Id. Iulij capta, Turca recuperavit, Hiſpanicis præſidiis cum Præfectis trucidatis. Sed majora damna ſenſit in Belgio, inde quod cum Hiſpaniæ ejus præſentia indigerent, Belgicas provincias non niſi per Legatos eoſque Hiſpanos adminiſtrabat, & iſti moribus à gente illa diſſentientes, contumeliosius eam tractantes, omnia turbarunt, & defectionis cauſa fuerunt. Anno 1588. claſſem, integro triennio apparatam navibus militaribus cxxv conſtantem, ac in eis x x. millia veteranorum ex tota Hiſpania & Italia collectorum militum, & x. m. nautarum ferentem, duobus millibus tormentorum navalium, & copioſo pulvere ſulphureo, & omni apparatu claſſico, ac annona in 6. menſes Inſtructiſſimam, indies x x x. m. ducatorum conſtantem, ad invadendam Angliam emiſit irrito ſucceſſu; nam à Carolo Hovardo, & Franciſco Draco Angliæ claſſis Præfectis diſſipata, tota penè interiit, & pauciſſimæ naves in Norwegiam & ad Juthiam infeſtis ventis delatæ, poſt circumnavigata Anglia in Hiſpaniam ingloriæ redierunt. Imperator claſſis Alphonſus Perezius Guzman Medinæ Sidoniæ Dux, ſemper rei benè gerendæ occaſiones, contraria regis mandata cauſarus, omiſit; cùm in maritimis expeditionibus non tàm ſtrictè rei peragendæ ratio præſcribi poſſit, atque in terreſtri expeditione circumſcribi poteſt. Nuncio accepto de claſſis hujus caſu & diſſipatione, nihil commotus Philippus Rex dixit, *Contra homines non tempeſtates claſſem ſe emiſiſſe.* *vid.* Fam. Strad. *Dec. 2. pag.* 564. Felicior aliquantum fuit in bellis contra Gallos, quibus maxima damna intulit. Oppidum S. Quintini vi expugnavit, ubi tantam Galli cladem paſſi ſunt, quantam à multis ſeculis non fuerant experti, amiſſo Franciæ nobilitatis flore, Gallicæ militiæ robore. Sæpè fœdera utrinque icta non diu durarunt. Novendecim pacificationes recenſet Braudlacht JC. inter domum Auſtriacam & Galliæ reges, quæ ferè ſemper à Gallis violatæ ſint. Henricum Navarræum inſtigavit ad bellum Henrico III Galliarum Regi inferendum, ducenta aureorum millia annua in id promittens. Anno 1568. S.S. Biblia Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, cum tribus verſionibus Latinis, miſſo ad id Benedicto Aria Montano, per Chriſtophorum Plantinum Ingenti ſumptu excudi curavit, quæ editionem Complutenſem magno intervallo ſuperarunt, quam procuraverat Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toleranus lx. m. ducatorum. Fuere xii. exemplaria impreſſa in membranis emptis Lugduni Batavorum ſexcentis libris Flandricis. Ætate confectus ex conſilio Franciſci Valeſij Medici nullo alio cibo quàm pullis & gallis gallinaceis implumibus & recens excluſis corpus tenue per xv. annos ſuſtentavit: de quo Gallus quidam feſtivè, Eum veritum, ne ſi adoleſceere ſineret gallos ab ipſis devoraretur. Anno 1593. graviore febri afflictus tertiò repetitâ venæ ſectione, & in ſingulis ſectionibus 12. unciis ſanguinis emiſſis, cùm in dies langueret, menſ. Sept. regnum reſignavit Philippo III. ſexenni præſente Archiduce Alberto, qui tunc Luſitaniam Prorex gubernabat, cui etiam commiſit, ut conſilio & authoritate ſua regni gubernationem moderaretur, donec ille adoleſceret. Annis duobus ſupra ſeptuaginta gravatus & magis moleſtiis morborum diuturniorum (perpeſſus enim eſt acres & continuos ſex annorum podagræ dolores, febrem hecticam cum duplici per annos duos tertiana, duórum & viginti dierum dyſenteriam, perpetua ſto-

machi faſtidia) cùm totum ejus corpus ulceribus & acriorum humorum fluxionibus contabuiſſet, alij dicunt, fuiſſe phtiriaſim, ſeu Herodianum, Piaſec. p. 163. obiit 13. Sept. 1598.

PHILIPPUS III. Philippus III. moriens filio ſucceſſori ex Margareta Auſtriaca nato, præ ceteris rerum Germanicarum curam ſummè commendavit: qui vix dum trimus Caſtellæ Rex præſente patre Madriti pronunciatus & inauguratus, nimium juvenis, nempe annorum ſedecim, regnare cepit, ſed penè ſupra ætatem ad ſubeundas curas publicas patre promptior. Initio regni multos patris ſui miniſtros exautoravit, inprimis in Ducem de Lerma (ultimis diebus Philippi III. factum Cardinalem, quaſi mala ſua præſagierit) & ejus filios ſeverius advertit, cenſus ampliores à Rege Patre aſſignatos, & magiſtratus abrogavit. Calderonem Ducis Lermæ Secretarium inſimulatum de veneno Reginæ matri ſuæ, moris Germanici tenaciori, eoque Hiſpanis inviſæ, propinato, utut vivente Rege Philippo IV. abſoluto, capitis ſupplicio affecit. Familiares verò ſuos evexit ad dignitates, præſertim Comitem de Olivares, pueritiæ ſuæ cuſtodem. Ex prima uxore Henrici IV. Galliæ R. filia ſuſcepit Balthaſarem, cui deſponſata fuit 26. Auguſt. 1646. Maria Anna Ferdinandi III. Imp. filia, quam illo defuncto pater Philippus IV. uxorem ſororis ſuæ filiam duxit, quæ ſuperiori anno filium Philippum Proſperum peperit. Ille vitâ & felici regno fruitur, niſi quod Luſitani ab illo deficientes alium ſibi regem conſtituerunt, & Ludovicus XIII. totum ferè Cataloniæ regnum ei ademit.

Vid. Plecart. *obſ. hiſt. Pol. dec. 15. cap. 9. pag. 302. &c.*

PHILIPPUS IV.

PORTUGALLIÆ REGES.

FErdinandus Magnus Caſtellæ Rex XXVI. moriens filiis regna ſua diviſit, Sanctio Caſtellæ, Alphonſo Legionis & Aſturiarum, Garſiæ Galliciæ regnum attribuit, quod hodiè Portugallia dicitur à Gallis, quaſi portus Gallorum. Hi enim in Hiſpaniam navigantes Portugallo civitati ad Oceanum ſitæ, & toti regno nomen dedére. Illius diviſionis impatiens Sanctius, altero fratre pulſo, altero in vincula conjecto ſolus ſex annis regnavit. Eo proditoriè occiſo Alphonſus fratrum regnis potitus, Henrico Wilhelmi Bullionæi filio quondam Salmæ Comiti, probata ipſius virtute & egregiis facinoribus contra Mauros & Saracenos, quibus ante Toletum eripuerat, Theraſiam filiam ſuam notham in matrimonium, & dotis nomine Galliciam ſeu Portugalliam dedit, quam Comes cum ſolita recognitione Regi Hiſpaniæ debita, poſſedit. Hoc matrimonio genitus Alphonſus, Patre mortuo Principis ſive Ducis nomen geſſit per annos XXVII. uſque ad inſignem illam in agro Otichenſi pugnam, in qua adverſus Iſmaelem & quatuor alios reges Saracenos manum conſerturus, 1139. 25. Iul. ab exercitu ſuo regium nomen accepit, quod indecorum videretur, quenquam contra quinque reges prœlio decertare, qui & ipſe Rex non eſſet. Illa die Chriſtus crucifixus in aëre pendulus apparuiſſe, & ipſi acclamaſſe dicitur: *ALPHONSE IN HOC SIGNO VINCES.* Et eâdem die quinque iſti Saracenorum Reges victi & proſtrati ſunt; in cujus facti memoriam quinque ſcutorum inſignia poſteris reliquit. Viginti præterea alios reges, ac Miramolinum Imperatorem Saracenorum, & Alphonſum Caſtellæ ac Legionis regem diverſis prœliis vicit. Decimus ab illo Johannes, ob multa memorabiliter geſta, & quod nonnullis, qui in caput ejus conjuraverant, non modo pepercerit, ſed etiam muneribus poſtea affecerit, REX BONÆ MEMORIÆ dictus eſt, militiæ tyrocinia in prima adole-

Franc. Taraph. *de Reg. Hiſpan. pag. 720.*

adoleſcentia cum laude fecit. Caſtellanis & Mauris terror fuit. A fratre Ferdinando in vincula conjectus machinationibus Johannis Auderij Reginæ amaſij capite ſubito truncandus erat, niſi cuſtos carceris imitatum chirographum regis animadvertiſſet, & ſupplicium diſtuliſſet. Mortuo fratre, cùm omnes tæderet adulteri, & Johannem adhortarentur, atque inſtigarent ad vindictam injuriæ fratri & ſibi illatæ, Comitem Auderium in Reginæ aula obtruncavit, aſſertor publicæ libertatis appellatus, mox Dux & defenſor creatus, tandem etiam Rex ſalutatus eſt. Plures habuit liberos. Eduardus in regno ſucceſſit. Petrus Dux Conimbricenſis, (non ſolùm militari diſciplinâ excellens, ſed literarum ſtudiis deditiſſimus, ſcripſit multa proſa & verſu, ejus carmina de moribus, doctrinæ & prudentiæ plena extant.) pater Jacobi Cardinalis S. Euſtachij Archiepiſcopi Ulyſſiponenſis, qui cùm omnis libidinis expers eſſet, & in graviſſimum morbum incidiſſet, à quo liberari poſſe Medici dicebant, ſi fœminæ accederet, maluit mori, quàm illorum conſilia ſequi. Henricus Coſmographiæ ſtudiis deditiſſimus, cujus operâ factum eſt, ut tam hominum induſtriâ, quàm tempeſtatis eventu Africæ bona pars, quæ ad Æthiopiam pertinebat, Luſitanorum ditioni cederet. Sedem habuit Sagris ad Sacrum promontorium, ut inde naves emitteret, & Orientis viam aperiret. Multas Oceani Inſulas ab hominibus nunquam habitatas adinvenit, quarum ea, quæ Madera nuncupatur ſaccharo proferendo eſt aptiſſima. In hanc & multas alias novos induxit colonos ex Luſitania. Fran. Taraffa *de Reg. Hiſp. pag.* 729. Ferdinandus obſes datus Saracenorum Duci Salæ Aben Salæ, pro Septæ reſtitutione, in captivitate ſexennium manſit, tantas perpeſſus ærumnas, & tanto pietatis exemplo, ut meritò videatur inter martyres referendus. Iſabella filia fuit tertia uxor Philippi boni Burgundiæ Ducis, qui ſine illius conſilio nil quicquam inchoavit, nil perfecit: erat quippe prudentiſſima mulier, & in gratiam illius primo nuptiarum die inſtituit celebrem iſtum Aurei Velleris ordinem. Illegitimum Alphonſum Bragantiæ Ducem fecit, à quo deſcendit hodiernus Portugalliæ Rex. Ut filiis aliquod diſciplinæ militaris documentum daret, maximam inſtruxit claſſem, quaſi contra Hollandos ob injurias navibus Luſitanis illatas, quam contra Saracenos convertit, & Septam Mauritaniæ Tingitanæ muniriſſimam urbem in ora Gaditani freti ſitam petivit, & unâ die expugnavit, magnâ illorum ſtrage editâ 21. Aug. 1415. Erat ea urbs Africæ ſpecula, atque propugnaculum Hiſpaniæ oppoſitum, è cujus portu ingens illa Saracenorum multitudo transfretabat, unde & Hiſpaniæ clavis Septa vocatur. Præclariſſimæ oleæ, lauream annexuit immortalem, dum opera Johannis ab Aregis, toga militiaque clari & juris ſcientiſſimi, Bartoli auditoris, Codicem Juſtiniani in patrium ſermonem verti inſtituit, quem legum Regiarum vigorem habere edixit. Virtutis militaris & imperatoriæ gloria, laudibus magnanimitatis, liberalitatis & clementiæ præſtantiſſimus, obiit 1433. cùm regnâſſet annos 48. m. 4. d. 9. vixiſſet an. 76. m. .. d. 3. admirabili pompâ, & ad id tempus inſolitâ, in triumphali curru perductus, ab omnium ordinum hominibus ad ſepulchrum, in monaſterium de Bello Ordinis Prædicatorum, nonageſimo milliari Ulyſſibonæ diſtans.

Eduardus Literarum doctrina valuit. Librum ſcripſit de fido conſiliario, & alium de arte equitandi, cujus erat peritiſſimus. Inter alia, quæ de moribus edidit fragmenta extant hodie de juſtitia. Ferdinandi fratris obſidis apud Saracenos pro Septæ reſtitutione, conditio eum magno afficit mœrore, aut enim carendum erat fratre amantiſſimo, & inter crudeliſſimos hoſtes relinquendus, aut totius Hiſpaniæ propugnaculum fidei inimicis in perniciem Reipubl. Chriſtianæ tradendum. Alphonſus ei in

regno

regno ſucceſſit. Ferdinandus Dux Viſcenſis Regni Conneſtabilis, pater Regis Emmanuelis. Leonora ſedecim annorum Friderico III. Imp. deſponſata, quam Senis excepit, & Romam deduxit, comitantibus Ladislao Ungariæ Rege, & Alberto Archiduce Auſtriæ, ubi manu Pontificis in uxorem accepta, & unctionis ac coronationis utriuſque ſacra peracta ſunt. Illius ſoror Ioanna, uxor Henrici IV. Caſtellæ Regis, mater Ioannæ Reginæ deſignatæ, quæ Alphonſo V. avunculo Portugalliæ Regi deſponſata, regno ſpoliata eſt ab Iſabella Catholica & Ferdinando ejus marito, quòd adulterio concepta diceretur. Unde magna diſceptatio inter Alphonſum & Ferdinandum de Caſtellæ regno, ingenti utriuſque regni calamitate.

ALPHONSUS. Alphonſum filium cùm infantiæ annum unum & menſes VII. non exceſſiſſet, Principem & regni heredem creare & jurejurando confirmare juſſit, cùm antea primogeniti Regum, ut reliqui fratres Infantes dicerentur. Hic Alphonſus æt. ſex annorum & 9. menſium ſceptrum ſub tutela matris anno 1438. ſuſcepit: verùm anno ſeq. tutela huic abdicata regni adminiſtrator & propugnator conſtitutus eſt Petrus regis pueri patruus, cui regina erat infenſa, ideò in Caſtellam ſe contulit, ubi miſere vitam finiit. Alphonſus autem anno 1448. uxorem duxit Petri patrui ac tutoris ſui filiam Iſabellam, & loco gratiæ, quam ſocero debuerat, ob rem benè adminiſtratam, eum exulare coegit, & inito prælio, interfecit, [Inſepultus hic triduo jacuit inter viliſſimorum hominum cadavera, poſtea inter gregarios milites ſepultus.] Bellum paci prætulit, Fretum Gaditanum trajecit, & multis de Saracenis adeptis victoriis Africani cognomen meruit. Iſabellâ defunctâ, neptem ex ſorore Iohanna Henrici IV. Caſtellæ regis filiam, & deſignatam reginam ſponſam accepit, ideò à Proceribus Caſtellæ in regnum accitus, unde bella & calamitates ortæ, & ipſe Rex mœrore contracto, ex ſponſæ coacto in monaſterium ingreſſu, in febrim incidit acutam, & obiit, cùm vixiſſet annos 49. menſes 7. regnaſſet annos 43.

IOHANNES II. Iohannes II. filius ei ſucceſſit, qui in matrimonio habuit Leonoram filiam Ferdinandi patrui, fœminam formâ & ingenio præſtantem, ex qua ſuſcepit Alphonſum Principem, qui Ferdinandi Catholici filiam Iſabellam uxorem duxit, in quorum nuptiis tantus apparatus, tanta veſtium lautities fuit, quanta nulla alia hominum memoria. Muliones, coqui & viliſſimi miniſtri aureis, argenteis & holoſericis induti veſtibus, vilia exercebant miniſteria. Per Italiam, Hiſpaniam, Galliam & alias regiones, quicquid aurei, argentei aut ſerici panni inventum, emptum, & in Portugalliam allatum, nulla ætas magnificentiores vidit apparatus; qui paucis poſt diebus in funebria & luctus verſi ſunt. Alphonſus enim currentis equi lapſu ad Tagi ripam diſcerptus. in piſcatoris caſa ſuper fœ: i ſtrato locatus, animam exhalavit, unicus regni heres: in cujus locum pater ſubſtituere, & legitimum facere voluit Georgium naturalem filium, ſed Alexandri VI. Pontificis & uxoris ſuæ voluntatem expugnare non potuit, quæ Emmanuelem fratrem ſuo jure fraudari non eſt paſſa, unde rixæ inter conjuges ortæ ad regis obitum durarunt. Iacobum Ducem Aviſeum patruelem ſuum (qui filium ſuſceperat, cùm in Caſtella verſaretur, ex muliere ſummæ nobilitatis nomine Alphonſum, quem Emmanuel Rex poſtea Magiſtrum Equitum effecit. Olor *lib.2. pag.46 a.*) uxoris fratrem, ob conjurationem contra ſe initam interfecit. Erat ingenij præterea liberrimi, nec ſe cuiquam regendum tradidit; unde dicere ſolebat, *Indignum eum eſſe regis nomine cujus voluntas ab alieno penderet arbitrio.* Huic regi quoq; navigationis in Indiam gloria debetur Ejus n. auſpicus Luſitanæ claſſes maximam Æthiopiæ partem perluſtrantes, inciderũt in promontorium, quo nullum majus in orbe, cujus flexu explorato, lætiſſimus Rex.

ſpem

ſpem concepit aditum in Indiam ſibi patefactum, hinc Bonæ Spei Promontorium vocari juſſit. Cùm regnâſſet annos xiv. menſes duos, obiit 1495. æt. xl. menſ. 6.

Huic Johanni II. populo conſentiente ſucceſſit Emmanuel frater patruelis, inter feliciſſimos orbis Principes numerandus. Regni patrimonium miris acceſſionibus amplificavit. Armuzium, Arabiæ partem, Indiam Indo & Gange definitam, eam etiam quæ ultra Gangem eſt, extremasque Orientis ſolis regiones imperio adjecit. [Orbis terrarum in 360 gradus dividitur, de quibus ducentos poſſidet Rex Portugalliæ.] Quæ illius felicitas, quæ fuit incredibilis, non eſt fortunæ, ut hominum vulgus loquitur, ſed divino beneficio, quod virtutibus illius favebat, attribuenda. Olyſſiponem Emporium totius orbis celeberrimum patriam communem omnium gentium reddidit. Auri, argenti, lapillorum, margaritarum, aromatum, & aliarum orientalium mercium divitias incredibiles in Portugalliam invexit. Tanta vis auri eo tempore fuit, ut pretia rerum multi mallent argento aut ære, quàm auro puro puto ſibi ſolvi, quod difficilis eſſet ejus permutatio. Ejus ætatem Auream Luſitani appellârunt. Chriſtianam fidem per Æthiopiam, Indiam & varias orbis partes propagavit. Ex filiis primogenitus ei ſucceſſit. Ludovicus Dux Pacenſis & Regni Comeſtabilis excelluit inter alios ſui temporis Principes, armis & literis. Cœlibem vitam egit; adoleſcens tn. ex ludæa fœmina, (Pier. Matth. *lib. 1. narr. 4 pag.* 110.) ſuſtulit Antonium priorem Cratenſem, de quo mox. Alphonſus Cardinalis Archiepiſcopus Olyſſipponenſis, Epiſcopus Eborenſis, Literatorum ſummus fautor, ipſe literarum ſtudioſus, Epiſcopi munus & Sacerdotij officia ipſe exercebat, & ſacri baptiſmatis fonte infantes lavabat, & eorum qui lavarentur, ut & qui ſuſcepiſſent nomina, peculiari libro inſribi primus in Portugallia curavit.

Emmanuel.

Henricus Cardinalis Archiepiſcopus Bracharenſis, poſt Eborenſis & Olyſipponenſis, poſtea gubernator & regis tutor, poſtremò Rex.

Henricus Cardinalis.

Eduardus optimus Princeps biduo antequam moreretur, prædixit fratribus & amicis diem & horam ſui obitus.

Eduardus.

Johannes III. Princeps pacis ſtudioſus, literarum amantiſſimus, quas in Portugallia excitavit, Olyſipponenſem Academiam Conimbricam tranſtulit, ubi Dionyſius Rex illam à principio locaverat, & doctorum ſtipendia auxit. Fidem Chriſtianam & ipſe latiùs propagavit in Aſia, Æthiopia & multis longinquis provinciis, Inſulis Moluccis, & Japonia, opera Franciſci Xaverij: tanto cum fructu, ut plus quàm XII. Reges cum ſubditis baptiſati Chriſtiani facti ſint. Controverſiam, quam cum Carolo V. Imp. affine ſuo habuit de Inſulis Moluccis, ſuſtulit ſolvendo illi cccl. m. ducatorum. Obiit Apoplexiâ correptus anno ætatis 55. regni 35. cum dimidio.

Iohannes III.

Succeſſorem habuit ex Johanne filio nepotem Sebaſtianum, trium nnorum puerum, ſub tutela aviæ Catharinæ ſororis Caroli V. Imp. quæ nno 1561. ab eo munere ſe excuſavit, idque in Henricum Cardinalem tranulit, qui id uſque ad pubertatem Sebaſtiani geſſit. Hic inter mulierculas ynecæi in mediis voluptatibus enutritus, à matre commiſſus fuit curæ eſuitarum, qui in Portugallia latiùs quàm in ulla alia mundi parte ordiem ſuum propagârunt. Hi Juvenis regis ferocem animum, mirè confientem (ad quod vitium Luſitani natura proclives ſunt) ad expeditioem contra Mauros incenderunt. Cùm illo tempore Mulejus Mahamet arochiorum Rex, à patruo Mulejo Maluco regno expulſus Sebaſtiani auilium imploraret, ille occaſionem nactus, quam ſibi dari optabat, in Afrim trajecit, & Feſſenſe regnum petiit, dumque Regem reducere conatur 78. 4. Auguſt. à barbarorum multitudine oppreſſus, fortiſſimè dimicans

Sebaſtianus.

interficitur, XII. M. Chriſtianorum cæſis, totidem captis, cum quib' tres magni reges uno prælio ceciderunt, Sebaſtianus, Molucus, & Mahamet. Illo igitur interempto, ejus magnus patruus tutor Henricus Cardinalis, populi ſuffragiis, ad regni faſtigium evectus eſt · ſed quod debilis eſſet & ſenio confectus, (quippe adeò deploratæ valetudinis, ut lacte humano alendus & nutriendus fuerit) quinque gubernatores & regni defenſores electi, qui poſt mortem ejus regnarent, regnumque protegerent. Cumque is ultima die Iannarij, ſub mediam noctem hora & momento á ſe prædictis in deliquium incidiſſet, cùm eodem tempore luna deliquium pati inciperet, quo deliquio deſinente, & ipſe vivere deſiit, cùm eadem hora ante annos 68. in lucem editus eſſet; regnum adminiſtravit annum unum, menſes quinque. Eo defuncto gubernârunt iſti quinque regnum ad 19. Iunij, quâ

HENRICUS Cardinalis, Rex,

ANTONIUS. ANTONIUS Emmanuelis Regis ex filio Ludovico nepos, Rex Portugalliæ maximâ populi acclamatione, creatus, & per totum regnum receptus eſt: Philippus autem Rex Caſtellæ dicti Emmanuelis ex filia Iſabella nepos, non ceſſavit Luſitanorum animos tentare, primorum verò ejus regni aucupari per Chriſtophorum Moram, & monachum, qui pro concionibus populum doceret, jus ſibi competens in ſucceſſione regni. Rodericum item Vaſquium & Ludovicum Molinam JCtos, qui proceres regni de jure ſuo inſtruerent. Tandem per Ducem Albanum ſpacio quatuor menſium Luſitaniæ regnum contra Antonium non quidem legitimè natum, ſed legitimè electum regem, occupavit.

PHILIPPUS. Antonius verò in Galliam profugus Pariſiis in ſumma paupertate anno ær. LXIV. fato conceſſit. Impendiſſe dicitur Philippus ultra 6. milliones auri; libros de jure ſuo in ſucceſſione regni publicavit, & Hieronymus Coneſtaglus Patricius Genuenſis in ejus gratiam librum edidit, de unione Portugalliæ cum regno Caſtellæ, in cujus compoſitione angelum auricularem habuiſſe Chriſtophorum Moram, pro comperto aſſerit Ioſeph Texeita *in Stemmate Regg. Portugall. pag.* 181. [Pro Catharina reſponderunt Doctores Conimbricenſes, Piſani, Bononienſes: Pro Rainutio Parmenſi, Univerſitas Ticinenſis, & pro Antonio Luſitani Doctores pronuntiarunt. Jeſuitæ & Franciſcani Caſtiliani foverunt partes Philippi: at Portugalliæ Franciſcani, nec in concionibus ad populum, nec etiam inter ſe mutire auſi, nec Antonium nominare, & hanc ipſam ob cauſam quingentos monachos ſuſpenſos ſcribunt autores Portugalli.]

Tenuerunt autem Hiſpani regnum Portugalliæ à clade Antonij 1580 ad annum 1640. quo Cal. Decembr. conſpiratione factâ Luſitani Hiſpanorum præſidia oppreſſerunt, & intra octiduum Hiſpanos è tota Luſitania excluſerunt, ac regem ſibi elegerunt Brigantiæ Ducem Johannem IV. trahentem ſanguinis regij agnationem à Johanne I. Portugalliæ Rege, & iterum à Ferdinando ejus nepote, tertiumque ab Eduardo Duce Guimaranio, Emmanuelis Regis filio, aviæ ſuæ Catharinæ patre, ad quem potiori jure videbatur olim pertinuiſſe ſucceſſio ex Lege Regni, qua nativi externis, mares fœminis præferuntur. Cùm enim ad ſucceſſionem Emmanuelis regis concurrerent Eduardus filius, & Iſabella filia, uxor Caroli V. Imp. eorumque liberi ipſos repræſentantes; Eduardi proles, nempe Brigantiæ Dux, Iſabellæ proli ex alienigena prognatæ præferenda fuit.

JOHANNES IV.

DUCES

DUCES BRAGANTIÆ.

Bragantiæ Duces à Regibus Portugalliæ deſcendentes, horum ſanguini ſæpius immiſti, aniam ſplendore Regiæ non imparem habuerunt; tertiam partem regni obtinent, ſub ſe habentes Marchionatus VII. Comitatus plures, multa dominia, plus quàm 50. arces & oppida, c. millia ſubditorum. Alphonſus filius naturalis Johannis I. Regis Portugall. primum Barcellæ Comes per uxorem Beatricem, Bragantiæ Ducatu inveſtitus eſt à fratre Petro Duce Conimbricenſe, gubernatore regni, tutore Alphonſi V. 1442. quem inſtigaſſe poſtea dicitur ad bellum contra tutorem & ſocerum ſuum. Hujus filius Alphonſus originem dedit Comitibus à Vimioſo. Ferdinandus Dux Bragantiæ ab Alphonſo Rege Marchionatum Valentiæ dono accepit. Gubernator Septæ conſtitutus eam viriliter defendit 1474. Filium habuit cognominem, qui Alphonſum Regem in Africam ſecutus magna fortitudinis ſpecimina exhibuit, poſt propter perfidiæ ſuſpicionem, capitali ſupplicio affectus, ejuſque bona certis hominibus benè de regno meritis donata fuerunt; ejus liberi in Caſtellam in exilium ſe contulerunt. Duo ejuſdem fratres Johannes & Alvarus, quamvis ad eos nulla facinoris ſuſpicio pertineret, cùm fratrem ſupplicio mactatum animadverterent, integris rebus è Luſitania exceſſerunt, & ipſi Caſtellam voluntario exilio delegerunt. Iohannes ibi deceſſit, nullos ex uxore Archiepiſcopi Olyſipponenſis filia relinquens liberos, Alvarum verò, ut & Iacobum ac Dionyſium decollati Alphonſi filios Emmanuel Rex, ut ſororis ſuæ liberos in patriam bona & honores amiſſos reſtituit, & ne qui ea bona poſſidebant, conqueri poſſent de illata ſibi injuria, eos tantis donis affecit, ut æquo animo paterentur, ſe bonorum illorum poſſeſſione depelli. Iacobum ſucceſſorem in regno Portugalliæ ſibi ſine liberis morituro deſignavit idem Emmanuel. Hic dux militiæ conſtitutus Azamoram civitatem ſupra quinque millia domorum continentem & populoſiſſimam validoque milirum præſidio munitam intra diem unum ſine ullius Chriſtiani cæde cepit. Oſor. *lib* 9. *pag.* 288. Oſor. *lib.* 1. *pag.* 9. *b.*

Theodoſius à Iohanne III. Dux Barcellæ creatus eſt, qui titulus poſt primogenito Ducis Bragantiæ remanſit, & primus hoc titulo à Sebaſtiano Rege inſignitus fuit Iohannes Theodoſij filius, qui ratione uxoris Catharinæ filiæ Eduardi Principis Guimaranij Emmanuelis Regis neptis, ſucceſſionem in regno prætendit, & jus ſuum ab Univerſitate Conimbricenſi latè deductum, publicavit; ceſſit tamen Philippo II. Hiſpaniæ Regi vi & armis prævalenti, qui illum in honore habuit, & Ordini Aurei Velleris aſſociavit, 1582.

Theodoſius II. Sebaſtianum Regem in Africam comitatus à Mauris captus, à Philippo II. Rege liberatus, in reditu à Medinæ Sidoniæ Duce captivus detentus, juſſu ejuſdem regis Philippi liber dimiſſus fuit. Succeſſit poſtea patri ſeptimus Dux Bragantiæ, duodecimus Conneſtabilis Portugalliæ, pater Iohannis IV. qui ante adeptum regnum duxit Louyſam Guſmanniam, ſtemma & ſanguinem deducentem ab Alponſo Perezio Guſmanno, qui in defenſione Tariffæ incredibile fidelitatis & conſtantiæ ſpecimen edidit, quod ex Roderic. Sanct. & Ant. Nebriſ. recenſet Piccart. *Obſ. Pol. dec* 1. *c.* 1. Lipſius *monit. Pol.*

Hæc familia produxit tres illuſtres fœminas. 1. Ximenia mater Tereſiæ filiæ Alphonſi V. Reg. Caſtellæ, uxoris Henrici Burgundi patris Alphonſi I. R. Portugall. 2. Maria, mater Beatricis uxoris Alphonſi III. R. Portug. Franc. Tariph. *pag.* 725.

Portug. cum qua adeptus eſt regnum Algarbiæ. 3. Leonora, uxor Alphonſi XI. & mater Henrici II. Regum Caſtellæ, à quo tota domus regia Hiſpaniæ deſcendit. Ex hac eadem familia Guſmannia à Gothis originem trahente, prodiit Dominicus natus Calagurræ, author Ordinis Prædicatorum, canonizatus à Gregorio IX. P. M. 1227. Platina in hujus vita. Alphonſus item Perezius Guſman Medinæ Sidoniæ Dux, claſſi Hiſpanæ contra Angliam directæ præfectus, de qua ſupra in Philippo II. Iohannis IV. Portugalliæ Regis frater Eduardus cùm per decennium Impp. Ferdinandis II. & III. in militia inſignia fortitudinis ſpecimina edidiſſet, nec quicquam de conſiliis fratris participaſſet, Ratisbonæ in Comitiis captus, primò Viennam, mox Mediolanum deductus, exacto in carcere integro octennio obiit.

COMITES DE VIMIOSO.

Alphonſi primi Ducis Bragantiæ filius homonymus obiit ante patrem, fuit legatus Eduardi Portugalliæ Regis ad Concilium Florentinum, ab Alphonſo V. creatus Comes d'Ourem & Marchio Valentiæ.

Franciſcum ejus filium creavit Rex Emmanuel Comitem Vimioſum. hujus filia Guiomara de Villena nupſit Franciſco Gama, filio Valci de Gama primi Comitis de Vidiguiera, Admiralis Indiarum Orientalium, quas auſpiciis Emmanuelis Regis Regno Portugalliæ acquiſivit. Hic Franciſcus ſucceſſit in dignitatibus patri & eaſdem reliquit Vaſco-Ludovico de Gama, Com. de Vidiguiera, Admiralio & Pro-Regi Indiarum, Legatus Iohannis IV. ad Galliæ Regem Ludovicum XIII. Ex uxore Agnete de Norogna reliquit Franciſcum & Simonem de Gama.

Alphonſus Franciſci filius maritus Louyſæ Guſmanniæ occubuit in Africa cum Sebaſtiano Rege. Hujus filius Franciſcus II. in eodem prælio à Mauris captus, poſt dimiſſus redux in Portugallia ſecutus eſt partes Antonii, qui eum Conneſtabilem regni fecit: occubuit in prælio navali anno 1582.

Ejus frater Alvarus Nunius Præſes Cameræ Olyſipponenſis, defuncto Rege Henrico gubernator fuit inter alios regni Portugalliæ.

Alter frater Ludovicus poſtquam ex uxore Iohanna Mendozia ſuſcepiſſet liberos in ſchemate notatos, fit Monachus Ordinis S. Dominici: uxor verò ingreſſa eſt monaſterium Olyſipponæ à ſe fundatum.

Primogenitus Ludovici Alphonſus II. ſtrenuè promovit electionem Iohannis IV. ab eo creatus Marchio de Aguiar. 1644. Michael hujus frater fuit Legatus Iohannis IV. Regis ad Pont. M. Urbanum VIII. Romam venit 20. Nov. 1641. receptus in Palatio Legati Galliæ, quem Pontifex admiſit, negotiaque illius regni curare permiſit ex veteri more Romanæ Curiæ in ſimilibus caſibus obſervato, quæ diſſidentibus de regno Principibus, ejus, qui regnum poſſidet, Legatum admittit, ne interim religio & res Eccleſiaſtica in illa gente, ac etiam Dataria Romana detrimentum patiatur: cujus exemplum præceſſit ſub Gregorio XIII. Papa, qui Regis Poloniæ Stephani Bathorei Legatum admiſit, quamvis contradixerit Henricus III. Rex Galliæ, à Polonis regno nolens abdicatus, tum & Maximilianus II. Imp. à magna parte Procerum Polonorum Stephani electioni adverſantium, Rex Poloniæ tunc quoque electus.

MAR-

MARCHIONES DE FERREIRA.

ALvarus Ferdinandi I. Ducis Brangantiæ filius, Præſes Conſilij Caſtellæ, Caput juſtitiæ in Portugallia & Magnus Cancellarius, à Iohanne II. Rege his dignitatibus & omnibus bonis privatus, ſupplicio innocentis fratris Ferdinandi territus fugit in Caſtellam, & ſummum apud Reges Ferdinandum & Iſabellam locum obtinebat. At Emmanuel Rex eum in patriam & priſtinos honores ac bona reſtituit. Idem Rex Alvari filium Rodericum Marchionem Ferreiræ creavit. Hic ſub Iohanne II. Rege civitatem Tanger fidei ſuæ commiſſam contra Mauros fortiter defendit.

Rodericus II. occubuit in Africa cum Rege Sebaſtiano, ut & hujus frater Nunius Alvarez Pereira de Mello, Comes de Tendugal. Franciſcus de Mello II. in defectione regni Portugalliæ ſecutus eſt partes Iohannis IV. qui eum Conſiliarium regni & aulæ magiſtrum uxoris ſuæ conſtituit, redux ex legatione ad Ludovicum XIII. Galliæ Regem fit Generalis Exercitus, & multa loca Caſtellæ Regi ademit. Obiit Lisbonæ 17. Mart. 1645.

Hujus ſoror Leonora nupſit Emmanueli de Mora ſecundo Marchioni Caſtri Rodrigo, Comiti de Lumieres, Camerario Philippi II. Reg. Hiſpaniæ, magno Commendatori d' Alcantara, filio Chriſtophori Moræ primi Marchionis Proregis Portugalliæ. Hic Emmanuel de Mora fuit Legatus Philippi IV. ad Pont. Max. 1636. poſt ad Ferdinandum III. Imp. hinc Plenipotentiarius ad pacificationem Monaſterienſem, & tandem Gubernator Belgij 1644. reliquit filium Franciſcum Comitem de Lumieres.

Conſtantinus Franciſci I. filius ex ſecunda uxore habuit Franciſcum Marchionem Turris Lagunæ, Proregem utriuſque Siciliæ & Mediolani, Gubernatorem Belgij & Burgundiæ, Eq. Ordinis Chriſti, Reginæ Hiſpaniæ magnus Aulæ Magiſter. Anno 1635. varias Legationes obiit ad Principes Italiæ & Germaniæ, Plenipotentiarius ad compoſitionem pacis cum Rege Galliæ 1637. ad Pontificem Urbanum VIII. 1639. In gubernatione Belgij ſucceſſit Ferdinando Auſtriaco Cardinali 1642. Generalis exercitus Hiſpanici, cùm Rocroiam in Ducatu Lucemburgenſi obſideret, à Duce Ludovico Anghiano memorabili clade fuſus & fugatus eſt amiſſis impedimentis, & omni inſtrumento militari 1643.

Georgius I. Comes de Gelves à Carolo V creatus, ex ſecunda uxore Iſabella, filia Iacobi Colombi primi Ducis Veraguæ, & ſecundi Admiralis Indiarum, filij Chriſtophori Colombi, qui Inſulas occidentales primus detexit, plures habuit liberos in Tabella nominatos.

Jacobus IV. filius Georgij primi ex uxore Iſabella, Iacobi Bolti Florentini filia genuit Iacobum, Iſabellam nuptam Iohanni Guttierez Tello de Sandoval, Equiti Ordinis S. Iacobi, & Annam Franciſcam uxorem Franciſci Telli de Guzman.

COMITES DE MIRA.

ALphonſus Ferdinandi I. Brangantiæ Ducis filius ab Alphonſo V. Rege Portugalliæ Comes de Faro creatus, fratre Ferdinando II. malè mulctato à Iohanne II. Rege, fugit in regnum Caſtellæ, ubi Sanctij de Norogna primi Comitis d' Odemira filiam & heredem uxorem duxit.

Filius ejus primogenitus Sanctius, primus Comes Demirenſis fuit. Ejus ſoror, Guiomara nupſit Henrico Arragonio, Duci Segorbæ, Infanti

 Fortu-

Fortunæ dicto, qui fuit filius Henrici Magiſtri Ordinis S. Iacobi, & nepos Ferdinandi Regis Caſtellæ & Aragoniæ. Alphonſus Sanctij I. filius occiſus fuit à Mauris. Hujus filius Sanctius I'. Comes Demirenſis fuit Magiſter aulæ Catharinæ Auſtriacæ Iohannis III. Regis Portugall. uxoris. Alphonſus III. ſecutus Sebaſtianum Regem in Africam cum illo & aliis x. Principibus ſanguinis occubuit 1578. Ex tertia uxore unicum reliquit heredem Sanctium III. ultimum Comitem Demirenſem.

Ferdinandus de Faro quintus Alphonſi filius ex prima uxore genuit Ferdinandum Henricquez, Georgium occiſum cum Sebaſtiano Rege in Africa: ex ſecunda Franciſcum à Philippo III. Rege Hiſp. creatum Comitem de Vimiero. Cujus filij Ferdinandus & Sanctius militârunt in Belgio Philippo IV. quorum hic ob. 1644.

COMITES DE LEMOS.

Dionyſius Ferdinandi II. Brigantiæ Ducis filius, patre decollato à matre vidua in Caſtellam miſſus, ibid. propitiam invenit fortunam. Nam ductâ Beatrice Roderici Oſorij Comitis de Lemos in Gallæcia filiâ & herede, cum illa adeptus eſt Dynaſtias de Sarria, de Caſtro, & Ottero. Hunc Mariana minus rectè Iacobi Bragantini filium facit.

Ferdinandus de Caſtro primogenitus obiit Legationem ad Paul. III. P. M. nomine Caroli V. qui eum Marchionem Sarriæ creavit: Philippi II. nomine fuit Legatus ordinarius Romæ temporibus Iulij III. & Pauli IV. & Magiſter Aulæ matris Sebaſtiani Regis.

Petrus Ferdinandus I. Comes de Lemos tenuit partes Philippi II. in acquiſitione Regni Portugalliæ.

Hujus filius Ferdinandus Rodericus à Philippo III. Romam miſſus ad præſtandam obedientiam Clementi VIII. ſimulque pro Inveſtitura Regni Neapolitani, in quo obiit ut Prorex 1601.

Ejus ſoror Tereſia de Caſtro, uxor Garſiæ Hurtadi de Mendoza, Marchionis de Cagnete, Proregis Peruviani, patris Iohannis Hurtadi de Mendoza Marchionis de Cagnete, qui ob. 1639.

Petrus de Caſtro Cubicularius Philippi III. Regis Hiſpan. Commendator Ordinis d' Alcantara.

Hujus frater Rodericus Canonicus Toletanus, Archidiaconus d' Alcaraz, inquiſitor fidei in Portugallia, Epiſcopus Zamoræ & Conceæ, Archiepiſcopus Hiſpalenſis, denique Cardinalis titulo xii. Apoſtolorum à Gregorio XIII. creatus 1583. obiit 1600. 26. Octobr.

Andreas de Caſtro Cubicularius Philippi III. Commendator Ordinis d' Alcantara.

Petrus Ferdinandus II. Comes de Lemos, & Andradæ Marchio Sarriæ, Prorex Neapolis conſtitutus per Philippum III. Regem Hiſp. 1610. obiit anno

Franciſcus poſt mortem patris Ferdinandi Roderici conſtitutus Vice-Rex Neapolis & Siciliæ, duxit Lucretiam Alexandri Gatinaræ Comit. de Caſtro filiam, quæ annuorum redituum xx. m. coronatorum dotis nomine illi attulit. Nomine Philippi III. fuit mediator pacis inter Paulum V. P. M. & Remp. Venetam. Fit Monachus S. Benedicti, & ob. 1637.

Alter Dionyſij Bragantiæ Ducis filius Alphonſus, Commendator Ordinis Chriſti, fuit Legatus Iohannis III. ad Iulium III. & Paulum IV. Pont. Max. ut & Carolum IX. Galliæ R.

Ejus filius Dionyſius II. ſucceſſit patri in dignitate Sebaſtiani Regis Ambaſciator ad Carolum IX. Galliæ, & Philippum II. Hiſpaniæ Reges, ut & Romam ad P. M. Gregorium XIII.

Hujus

Hujus filius itidem Commendator Ordinis Chriſti, cujus Ordinis Magiſter ipſe Rex eſt, & hujus magiſterij proventus annui admodum magni ſunt, inde quod huic Ordini omnes provinciæ inventæ tam in Africa, quàm in Aſia & Braſilia cum omnibus Inſulis, etiam Orientalis Indiæ, annexæ ſint.

REGES GALLIÆ.

FRancorum gens omnium totius Germaniæ nationum nobiliſſima & florentiſſima, diu multumque ac variis modis Galliam depopulata, tandem maximâ ſui parte in ea conſedit. Unde ea primùm Galliæ pars Francia dicta, quæ hodieque vulgò vocatur, *l' Isle de France*, *Inſula Franciæ:* mox Burgundionibus & Gothis in Gallia debellatis, tota illa pars Europæ nobiliſſima in id. Franciæ nomen tranſivit: pars Francorum in Germania trans Rhenum remanens ad Mœnum fluv. conſedit. Unde Francia gemina facta, Ciſrhenana & Tranſrhenana, ſive Occidentalis atque Orientalis, & huic vocabulum poſtea tributum Franconiæ. [Sunt qui Francorum nomen antiquiſſimum putent, & iam inde à Ciceronis ævo deducere id volunt, *ex cujus epiſtola ad Atticum lib.* 14. verum & genuinum vocabulum Fangones, in Frangones corrumpunt. Trans Rhenum in Germania habitârunt Bructeri, Chamavi, Anſivarij, Cheruſci, Catti. Hæ nationes omnes in unum coierunt corpus, & novum ſibi conſtituerunt nomen, quo in poſterum dicti in commune ſunt FRANCI. Hæ quoq; nationes cum variis jam inde à C.I. Cæſaris ævo bellis à Romanis petitæ, aliàs manu ſuperiores, aliàs inferiores extitiſſent, & ſe jugo Romano falſo amicitiæ & ſocietatis prætextu ſubjectas eſſe indignè jam dudum tuliſſent, & nulla re magis libertatem ſuam à Romanis ſuppreſſam fuiſſe, quam quod ſingulos illi ſeorſim aggreſſi fuerant, dum ipſi in communem hoſtem communibus inter ſe junctis copiis & viribus propulſare neglexiſſent, conſpiratione facta in unam ſocietatem & unum corp᾽ coierunt, novo ſibi haud dubiè à libertatis argumento invẽto vocabulo, quo univerſi in poſterum appellarentur, die Francken/ quo nomine etiam nunc reliquiæ illorũ circa Mœnum vocantur, die freye Francken/ ſ. Franci liberi, non ab eo quod poſterioribus temporibus majoribus uſi ſint in Germanorum Imperio immunitatibus, quàm reliquæ Imperij nationes, ut vel exiſtimatur, ſed à veteris illius in libertatem à Romano jugo vindicationis memoria.] Merovingi.

Ex his ortus Pharamundus, primus Rex Francorum creatus & coronatus fuit anno 419. octavo Cal. Maji, ſub limitatione & conditione L. Salicæ, ſub qua & antiqui Reges Francorum ſucceſſerunt, quæ quidem non fuit per eum ſancita, multo minus inventa, ſed per eum agnita & confirmata: Cujus hæc eſt ſententia; *Rege mortuo, ad filium ejus primogenitum, vel hoc præmortuo, ad nepotem ex eo, regni ſucceſſio perveniat. Si ſine liberis deceſſerit, & in illius ſtirpe maſculus eſſe deſierit, tum ad proximam regiæ gentis ſtirpem, eodem primogenitura ordine ſervato regni ſucceſſio transferatur.* Regnavit autem annis ferè novem, ejuſque poſteritas annis 296. ſub regibus uno & viginti, ad Childericum V. in quo ſtirps Merovingorum defecit, qui quod ſub regio nomine in deliciis marceſceret, in monachum fuit tonſoratus, & Pipinus Caroli Martelli filius in Carolingi. illius locum per Francos legitimè in regem electus, & per proceres regni levatus fuit, electionem approbante Pontifice Zacharia.

Pipino ſucceſſit Carolus M. cujus progenies regnavit in Gallia ad Ludovicum V. trigeſimum primum Francò-Galliæ regem, quo anno

987. de-

987. defuncto, ſceptri mutatio contigit. Nam cùm ex illa familia Carolus Lotharingiæ Dux ſupereſſet regis demortui patruus, ad quem ex L. Salica ſucceſſio deferenda videbatur, ut priores Francorum Reges ſucceſſerant in corona de maſculo in maſculum proximiorem ſtirpis maſculinæ: Hugo Capetus, vir militari laude inſignis, ſeptimus à Childebrando Caroli Martelli fratre, conſenſu vel connirentiâ ſtatuum è Majore domus, Rex vocatus eſt; quibus autem artibus id effectum ſit, non eſt hic dicendi locus. Carolus proditione Anſelmi, Epiſcopi Laudunenſis, cum uxore captus & cuſtodiæ traditus, per biennium detentus, & cum duob. filiis in cuſtodia natis, non longo poſt tempore obiit, atque ita Carolovingiorum familia interiit, anno ab ipſorum regni primordio *ducenteſimo trigeſimo ſeptimo*. Arq; hæc eſt tertia familia Capetingorum, quæ adhuc etiam num regnat, *per annos ſexcentos octoginta ſex*. Tanti eſt, jura ſucceſſionis regiæ trabali lege ſemel fixiſſe, quæ confirmata in Pharamundo, ſæpius continuata fuit in ſtirpe Capetorum. Corona enim Franciæ ſemel locata in una ſtirpe, ſemper in ea manſit, continuata de patre in filium, vel de maſculo in maſculum proximiorem legitimè deſcendentem, nunquam devoluta in fœminas, nec in maſculos ex eis deſcendentes. Hinc cum anno MCCCXVIII. linea Philippi pulchri deficeret, ejus ex filia Eliſabetha nepos, Eduardus III. Angliæ Rex, filius legitimus Eliſabethæ primogenitæ Philippi pulchri, ſibi deberi regnum quidem contendebat. Verùm virtute dictæ legis Salicæ Philippus Valeſius, filius Caroli Comitis Valeſij, quanquam collateralis & remotior in gradu, tamen quia maſculus deſcendens è maſculo à ſtipite ſtirpis regiæ judicio & decreto trium ordinum regni ſucceſſit in corona, cui Eduardus tandem acquievit, & anno ſequenti 1329. homagium Philippo, ut regi Franciæ perſonaliter præſtitit de Ducatu Aquitaniæ; poſt regnum invaſit, illudque, ut & ſucceſſores, C. circiter annis cruentis bellis & magnis cladibus vexarunt, adeò, *ut in ſolo ad Creſſiacum prælio XXX. M. Gallorum ceciderint*. Inter quorum cadavera inventi, Johannes Rex Bohemiæ, XI. Principes, LXXX. Barones, MCC. Equites, & in his quoque Humberti Delphini Viennenſis unicus filius, cujus mortem acerbiſſimè dolens pater, cœnobium Dominicanorum ingreſſus, Delphinatum Philippo Valeſio XL. M. ſcutatorum vendidit hâc conditione, ut primogenitus Galliæ regis Delphinus vocaretur, eique quoad viveret, quot annis penderentur florenorum X. millia. Idem Philippus ab Henrico VII. Imp. regnum Arelatenſe, quod & Burgundiæ, emit, cui argenti pondo ducenta millia precij nomine ſolvit, *ut ſcribit* Bodin. *lib. 1. de Rp. c. 9. pag.* 201. [Hoc regnum Arelatenſe in diviſione nepotum Caroli M, quo totum Francorum regnum in Germanicum & Gallicum dividebatur, Germanico regno cum 8. Comitatibus ſuis tributum ſubditumque fuiſſe, & per aliquot ſecula uſque ad alienationem à Carolo IV factam manſiſſe, tradunt Aimonius, Trithemius, Theodoricus à Niem, Epiſcopus Verdenſis, qui circa illa tempora vixit, & ſcribit, Carolum Ludovico Andegavenſi Caroli Regis Francorum fratri, pro uno ſolenni prandio ſibi apud Villam novam propè Avenionem collato, regnum Arelatenſe conceſſiſſe. Niem. *Unionis Tract. 6. cap. 33. pag. 483.*]

Emit & à Jacobo Rege Balearidum Comitatum Roſſilienſem in finibus Galliæ, & Baronatum Montpelienſem in Aquitania ſitum, centum & viginti millibus coronatorum, 1349. Defunctâ prima uxore duxit Candidam, ſive Blancam Philippi Regis Navarræ, [qui in Hiſpania contra Saracenos bellum gerens occubuit,] deſponſatam Petro Alphonſi XI. Caſtellæ Regis filio, quam etiam pater filio ſuo Iohanni Duci Normanniæ deſtinavit, verùm captus ejus inſigni forma, ipſe eam duxit, & ſequenti anno obiit, illa gravida relicta, quæ poſtea peperit Iohannam, promiſſam Iohanni Aragonio

gonio

gonio Duci Gerundenſi Petri III. R. filio, ante nuptias mortuum. Regina autem Blanca vidua annos L. in ſumma caſtitate exegit ad annum 1398.

Succeſſit ei filius Johannes, qui flagrans vindictæ cupiditate conſcripſit exercitum L. millium & his viribus, tantæque multitudini fiſus, adeo præſentem ſibi victoriam promiſit, ut Duces confirmarint, ſe Anglos partim per varios cruciatus, partim præciſis dextræ pollicibus domum remiſſuros; ſed contra accidit. Anglorum enim 8000. vicerunt 50000. & rex turpiter à ſuis deſertus cum filio Philippo & quinque Principibus ſanguinis in poteſtatem hoſtium venit 19. Sept. 1356. & primò Burdigalam, poſt 12. Apr. ſequentis Anni in Angliam perductus, integro quadriennio detentus fuit: ubi in prandio quodam, dum recumbentibus regibus, Philippus patri, & Anglo nobilis quidam miniſtraret, & hic prior Eduardo miniſtraret, Philippus iratus colaphum illi impegit: miniſtrabis, *inquit*, tu prior regi Angliæ, ubi ſimul accumbit Rex Franciæ? Miniſter cæſus ulciſci ſe ferro parabat, ſed Rex prohibuit, laudato Philippi facto, unde [illegible]dacis ſive Animoſi cognomen adeptus eſt. Dimiſſus, cum pro redemptione tres milliones auri, h. e. tricies centena millia coronatorum promiſiſſet, relictis [illegible] & pluribus magnatibus obſidibus, ubi Lutetiam venit, Iſabellam filiam Johanni Galeacio Mediolanenſi Duci uxorem dedit, illique dotis loco Comitatum Virtutum adſignavit, & ab illo ſexies centena millia ducatorum in ſolatium ſuæ redemptionis accepit. Ducatum Burgundiæ defuncto ultimo Duce occupavit, & Philippo filio donavit, indignante Carolo Navarræ rege genero, quem captivum detinuit: id indigne ferens hujus frater Philippus, Anglos in Francos concitavit, qui victores, Regem, ut dictum, ceperunt. Johannes verò Rex diſſuadente Conſilio in Angliam rediit, captus pulchritudine Comitiſſæ Saliſburienſis, quæ illum durante captivitate ſæpius inviſerat, ubi Londini febri correptus obiit 18. Apr. 1364. cùm regnâſſet annos XIV. Johannes.

Carolus ejus filius primus Delphinus Viennenſis patre abſente & in Anglia captivo Rector Franciæ conſtitutus, cùm videret regnum cladibus attritum, totam Aquitaniam, partem Normanniæ & Picardiæ ab Anglis occupatam, reinque ſibi eſſe cum rege feliciſſimo & fortiſſimo, de reſtituendo & conſervando regno cogitans plura conſilio, quàm vi gerenda cenſuit. Rarò arma induit, ſed ubi opus eſſet, viros idoneos & ſtrenuos legit. Patre defuncto coronatur 1364. 19. Maji. Per Legatos majores res, quàm pater & avus, qui ipſi exercitus duxerant, Lutetiæ ſedens, geſſit, & omnia ab illis amiſſa recuperavit, virtute potiſſimùm Bertrandi Geſclini, Magiſtri Equitum, humili quidem loco nati, ſed belló fortiſſimi, (cui poſt mortem tantus honor habitus eſt, ut inter Regum ſepulcra ad Fanum Dionyſii conditus fuerit.) Anno 1374. legem tulit de filiis [illegible], ut mortuo patre Rege filius primogenitus continuò ſuccederet, & quarto decimo ætatis anno coronaretur, & extra tutelam foret. Hiſtoricus *in Annalibus ſuis* imprudentiæ inſimulat, quod fuerit conciliator nuptiarum Philippi fratris cum Margareta, filia & herede Ludovici Malani, utpote cujus conjugii ſtabilita potentia nihil exitioſius Galliæ accidere potuerit, uti longiſſimæ potiſſimæque calamitates, & Rex Ludovicus XI. atteſtantur, qui huic Regi, proavo ſuo, eam ob cauſam titulum Sapientis eradendum cenſuit, de quo quære in Ducibus Burgundiæ. Princeps fuit ſtudiorum, præſertim hiſtoriarum amantiſſimus. S. Biblia, Ethica, Oeconomica, Politica Ariſtotelis, Ciceronem de Officiis, per Nicolaum Oreſmium Epiſcopum, & Auguſtinum de C. D. per Rudolphum Preſtarum, Advocatum Pariſienſem, in linguam Gallicam verti curavit. Lyttrон pro patre perſolvit, militibus ſua numeravit ſtipendia, moriens tres milliones auri in theſauris ſuis reliquit, *ut ſcribunt* fratres Samarthani, Carolus V.

Camer. hor. ſubceſ. cent. 2. cap. 49 p. 212.

E

ſi, *velut* Æmilius, duodevicies centum millia aureorum. non parvi refert, quæ fama divitiarum apud ſocios hoſteſque increbeſcat. Æmil. *lib.* 9. Regnavit annis XVII.

CAROLUS VI.

Moriens, ne qua rerum novandarum occaſio daretur fratribus, Ludovicum Andegavenſem Gazophylacem atque Philippum Burgundum & Borbonium pueritiæ filij, erat enim XII. annorum, moderatores reliquit, quo ad Cenomanorum urbem deinde eo furoris & inſaniæ propulſo 6. Iul. Cal. 1391. ut epheborum nonnullos occiderit, alios verberibus malè mulctârit, donec cædendo feſſus abalienata mente equo decidit, Philippus Burgundus & Johannes Dux Bituricenſis patrui, regni procuratores facti ſunt, reclamante Ludovico Duce Aureliano Regis fratre, unde ſimultates ortæ inter Aurelianos & Burgundiæ Duces. Ludovicus conduxit quendam, qui Burgundum per proditionem perderet: quod ubi ille reſcivit, promiſit percuſſori duplo plus mercedis, ut occideret Aurelianum. Itaque domum rediens ſub noctem equo deturbatus fuit interfectus. Poſt Burgundus in præſentia & conſpectu Delphini ab Aurelianenſis Ducis familiaribus confoſſus eſt. Philippus Burgundus, ut patris necem ulciſceretur, Anglis ſe junxit, & Galliam miſerè afflixit, cùm ante regno ſemper fideliſſimus omni nixu Aureliano obſtitiſſet, conanti fratrem Regem omnemque ejus ſobolem extinguere, ut ipſe regnaret.

Fulgoſ. *libr.* 9. *cap.* 12. *p.* 781. Paul. Æmil. *lib.* 9.

Anno 1392. 28. Ian. Lutetiæ in ædibus Reginæ viduæ ludus factus, in quo ſylveſtrium hominum ſpecie, moreque ſatyrorum quinque nobiles choream ducebant, regemque ita perſonatum ſecum habebant: ſed jocóne an dolo malo Aureliani facem in illos jactantis combuſti ſunt ex eis quatuor, Regem nobilis quædam mulier complexa clamide ſua ignem extinxit: Erant autem omnes nudi, præterquam quòd villos lineos pice ſibi haberent ita agglutinatos, ut ſylveſtres eſſe viderentur viri. Hanc ſtultitiam, qua nulla major poſt Francos natos contigit, ædes Reginæ luerunt, quæ ob eum caſum funditùs demolitæ ſunt. Aurelianus ſe excuſavit, dolum malum deprecatus, ſed jocum confeſſus.

Gilles Corrozet.

At cùm magnus eſſet regni affectator, ſiniſtrâ ſuſpicione non caruit, & uxor ej9 Valentina quæ veneficiis regis mentem excantâſſe ferebatur, aula abſtinere juſſa eſt. Hæc eadem ante id tempus filio ſuo in manum dedit pomum venenatum, quod traderet Delphino ſuo æquali: at puer abſtinere non potuit, quin mox admotum ori ſuo pomum morderet, quo ex morſu intoxicatus ſubitò exſpiravit. Studuit enim, *inquit Hiſtoricus*, Valentina & maritus ejus omne genus Regium maleficiis extinguere, atque ita ad Regale ſolium pervenire. Carolo Delphino ex febri hectica defuncto ſucceſſit in Delphinatu frater Ludovicus, Dux Aquitaniæ, qui improlis obiit. Quartus filius Johannes, Dux Turonenſis poſt fratrem Delphinus, maritus Iacobæ filiæ Wilhelmi Ducis Bavariæ, Comitis Hannoniæ, obiit 1417. non ſine ſuſpicione veneni, quem paulò poſt mœrore animi ſequitur ſocer. Iſtius vidua nupſit Johanni Burgundo Duci Brabantiæ, ſed quod nulla procreandorum liberorum ſpes affulgeret, illo adhuc vivo, Humfredo, Duci Gloceſtriæ, Henrici V. Angliæ Regis fratri: quo defuncto, Franciſco Borſellæ Comiti Oſtrevanti. obiit 1436. ſepulta Hagæ Comitis juxta Avum Albertum Ludovici Bavari Imp. filium. Ex filiabus Iſabella promiſſa Johanni VI. Duci Britanniæ, bis nupſit, primum 1395. octavo ætatis anno Richardo II. Angliæ Regi: verùm eo in carcere necato 1399. intacta ad patrem reducta 1401. nupſit Carolo Duci Aureliano. Catharina promiſſa Carolo I. Duci Borbonio, nupſit coacta Henrico Angliæ Regi, hâc conditione, ut ex ea nati in Regno Franciæ ſuccederent, & Henricus (Angliæ Rex) interim Rector Franciæ diceretur. Deducta in Angliam coronatur. 1421. Anno ſequente 22. Aug. obiit Henricus relicto filio cognomine anniculo, qui

1. Dec.

2. Dec. 1431. Lutetiæ Rex Franciæ coronatus fuit. Verùm uſurpator regni alieni, in ſuum reverſus cum filio in carcere necatus fuit. Catharina verò clam nupſit Oveno Tydero humili loco nato, cauponis quippe cereviſiarij filio notho. Meyer. *lib.* 16. *pag.* 330. de quo in Regibus Angliæ. Habuit & naturalem filiam, Margaretam, nuptam Johanni III. Dynaſtæ de Belleville, quam Tillet falsò Carolo VII. filiam attribuit. Rex Carolus deceſſit è vivis Lutetiæ, cùm regnaſſet annos XLII. ſed omnes ferè calamitoſos.

CAROLUS VII.

Buchan. *rer. Scot. lib.* 10. *p.* 99. *b.*

Carolus Delphinus die uno pullatus nullis juſtis parenti factis, ſumpta purpura ſe Regem dixit, ultima ſtirps Caroli VI. reliquis toxico ſublatis à parricidis. A patre deliro exheredatus, à Parlamento indignus coronâ judicatus, ab omni nobilitate deſertus, metropoli & majori parte regni ſpoliatus, ad eas perductus anguſtias, ut per ludibrium Rex Biturigum appellaretur, quòd Avarici Biturigum ſe contineret. Hæc infelicitas duravit ad annum 1429, quo Iohanna Darcia puella XVIII. annorum, Dumprinij ad Moſam in agro Tullenſi nata, pauper & modicis parentibus orta, gregem in agris paſcere ſolita, cœleſti viſo monita, arma induit, prima inter primos pugnans Anglis victoriam eripit, Aureliam obſidione liberat, Anglos vincit fugatque; cùm a. Burgundos Compendium obſidentes vellet abigere, capitur, & Anglis venditur, qui eam dicentes magam combuſſerunt Rotomagi in foro. *Pro ea Apologiam ſcripſit* Iohan. Gerſon Cancellarius Pariſienſis. [Petrus Cochon Bellovacenſis Epiſcopus eam inquiſitione habitâ, ut magam & maleficam, & quod virilibus veſtibus uſa eſſet, ad abjurationem & perpetuum carcerem condemnavit, adjecto, ne in poſterum viriles veſtes indueret, cùm tamen alias ei neque darent, neque dari paterentur. At poſt octiduum altera ſententia ab eodem Epiſcopo lata, in crimen recidiſſe judicata eſt, & brachio ſeculari commiſſa, à magiſtratu ad ignem damnata, Rotomagi in foro combuſta eſt. Aureliæ in ponte lapideo monumentum illi erectum, & quotannis feſtum 8. Maji celebratur, in memoriam liberatæ civitatis ab obſidione Anglorum.] Philippus quoque Burgundus, cùm 22. annis Anglis fœderatus, Galliam afflixiſſet, illis relictis pacem cum Gallo fecit, & omne robur in eos convertens, ex omnibus locis eos profligavit, ut præter Caletum nihil retinuerint, [quod Caſtellum poſtmodum Henricus II. Duce Guiſio expugnavit.] Hic Carolus primus Franciæ Regum Scotos ſtipatores ſeu cuſtodes corporis adhibuit. Primus etiam fœdus cum Helvetiis iniit 1453. confirmatum à Ludovico XI. & ſucceſſoribus in hæc noſtra tempora. Filium quarto genitum Carolum Ducem Bituricenſem, poſt Normanniæ & Aquitaniæ, ſucceſſorem ſibi optavit præ Ludovico inquietis ingenij Principe. Is Carolus fidem matrimonij dedit per procuratorem Iohannæ Henrici IV. Caſtellæ Regis filiæ, quam pater ipſe modo ſuam, modo alienam pronuntiavit, ſed irritum factum eſt hoc matrimonium à Conneſtabili Regni, Comite S. Pauli. Obiit Rex Carolus anno æt. LIX. cum dimidio, cum regnaſſet annis triginta novem. Ad pompam ſepulturæ cùm omnes negligentes videret Tancguidus de Chaſtel, Nobilis Brito, triginta millia coronatorum, de ſuo impendit. Huic Carolo Ludovicus frater venenum antea propinavit, quo non ſtatim extinctus eſt, ſed menſibus aliquot miſerabiliter afflictus. Reliquit duas filias naturales, quarum una Abbatiſſa S. Patrocli in Petrocons, altera nupſit 1490. Francisco de Volvire, Dynaſtæ de Ruffec.

LUDOVIC. XI.

Ludovicus cùm à patre multis de cauſis diſſideret, & in Delphinatu ſuo ſe contineret, & pater validam manum miſiſſet ad eum volentem nolentem reducendum, ad Philippum Burgundum, quondam inimicum confugit; ab eodem multis beneficiis affectus, & poſt mortem Caroli

Regis ſaluberrimis benè regnandi præceptis imbutus, iis neglectis, cùm initio regni multa inſolenter ageret, paterna inſtituta & leges contemnoret, intolerabilia tributa ſubditis imperaret, veteres miniſtros removeret, novos, vilis conditionis & inhabiles ſubſtitueret, (Tonſorem enim habuit pro Legato, Sartorem pro feciali, Medicum pro Cancellario.) Proceres regni commoti contra regem poteſtate ſua abutentem inſurrexerunt & *boni publici*, ita vocarunt, *bellum* inceperunt, vocato in auxilium

Vid. Annal. Flandr. *p.376.*

Carolo Pugnace Burgundiæ Duce. [Quam varia fortuna bellum hoc geſtum ſit, tradit Cominæus, & alij hiſtorici Galli.] Eo compoſito vertit arma in Burgundum, qui quoad vixit, fortiter reſtitit, & ipſum Regem Pariſiis obſeſſum ad æquas pacis conditiones adegit. Illo ad Nanceium anno 1477. interfecto, Burgundiam, Picardiæ & Arteſiæ magnam partem occupavit, & Caroli filiæ, hujusque marito Maximiliano Imp. ſubtraxit, cùm tamen in has provincias nihil juris haberet, atteſtantibus ipſis hiſtoricis Gallis: imò ſemper occaſionem quæſivit univerſam domum Burgundicam delendi & exſtirpandi, quod etiam vivo adhuc Carolo tentavit, cùm ad Fridericum Imp. Legatum ablegans eidem denunciari curaſſet, quomodo provincias Belgicas, Illo devicto, inter ſe dividere vellent, cui Imp. per Legatum renunciavit, urſi pellem antequam caperetur, non eſſe vendendam. *Apologum recenſet* Cominæus *lib. 5 pag.* 485. Ludovicus tandem induciis cum Burgundo factis, Pleſſio Caſtello in Turonibus à ſe extructo ſeſe incluſit, & omnibus diffiſus ærumnoſam vitam egit; vivere deſiit 30. Auguſt. 1483. regni 22. menſ. 1. d. 8. ætatis 61. quam nullus regum Franciæ à Carolo Magno hujusq; filio Ludovico Pio attigit; ſepultus in æde Clerij à ſe extructa & regiè dotata. Iocari ſolitus erat, ſe demum Rege Francos Reges ex ephœbis exceſſiſſe, & à ſe, è puerili diſciplina in veri principatus ſplendorem eductos: *qu' il a mis les Roys hors de page.*

CAROLO pugnace interfecto, cùm Ludovicus Rex Arteſiam, Flandriam, Burgundiam invaſiſſet, & occupaſſet, Maximilianus Imp. matrimonij jure acquiſita ſibi tuenda eſſe ratus, arma armis oppoſuit: Prœlio inter Tornacum & Ariam commiſſo, Gallus ſuccubuit, & de pace per Gandavenſes egit. Ut comœdiæ a. ita belli cujuſq; graviſſimi exitus eſſe ſolet aliquod matrimonium; & quidem hîc quoq;: Inter alias n. conditiones, quibus pax inita, hæc fuit, ut Ludovici Regis filius Carolus uxorem duceret Margaretam, Maximiliani & Mariæ Burgundæ filiam, Caroli pugnacis neptem, dum legitima utrique ætas eſſet. Hæc trimula tenerrimæ ætatis Lutetiam deducta, & deſponſationis feſtum ſolenniſſimè omnium lætitiâ celebratum 1483. menſ. Iul. Interea defunctâ Mariâ puellæ matre, Maximilianus publicè ſibi Amboſæ deſponſari fecit Annam, Franciſci Britanniæ Ducis filiam & heredem, per Auraicum, illius avunculum, 1484.

CAROLUS VIII.

hanc Carolus patris Ludovici in regno ſucceſſor, interceptam partim vi, partim perſuaſionibus adductam matrimonio ſibi junxit, atque in excuſationem facti allegavit, ſe non regiâ libidine, aut ſuperbiâ inductum, ſed impulſum temporum & bellorum neceſſitate ad eas nuptias deſcendiſſe, ut illa provincia Britannia tantæ opportunitatis ad arcendas Britannorum claſſes, pro qua toties cruentè decertaſſent, redemtis eo conjugio provincialium animis, priſtinæ quieti redderetur. Margaretam autem, poſtquam novem circiter annos in Aula Gallica egerat, patri Maximiliano remiſit, (unde graviſſima recrudescere bella.) Pace factâ cum Henrico VII. Angliæ R. Ferdinando & Iſabella Caſtellæ & Aragoniæ Regibus, Maximiliano Imp. & Philippo Archiduce, conſilia agitavit hic Carolus Rex, de acquirendo regno Neapolitano, Siciliæ it. & Hieroſolymitano, in quæ jus ſibi competere prætendit ex teſtamento Caroli IV. Renati Andegavenſis nepotis. Et Neapolitanum quidem non totis quinque menſibus totum ſubegit,

ſed

ſed non diu tenuit. Nam univerſa Italia contra illum mutuum fœdus iniit: quibus ſe junxit Maximilianus Imp. quem veteres inimicitiæ & dolor repudiatæ filiæ ad id incitârunt. Ipſe verò munitis urbibus & arcibus præſidiis, & relicto Gilberto Burbonio, Comite Montpenſerio, tuendo regno, in Galliam reverſus eſt, ubi Amboſiæ cum uxore in ambulacro Sphæriſterij ſubſiſtens, & pila ludentes ſpectans, ſubitò corruit, delatus in locum totius arcis viliſſimum, quo urinæ faciendæ cauſa omnes confluere ſolebant, hora poſt meridiem ſecunda, & noctis undecima expiravit 7. Apr. 1498. annum agens 27. cùm regnâſſet annos XIV. quo tempore ea confecit, quæ pauci diutiſſimè regnantes aſſecuti ſunt. Sumptus funeris æſtimati fuerunt viginti duorum millium aureorum coronatorum. Fuit à puero conſtitutione admodum infirmâ, *(inquit* Guicciard. *lib.* 1. *hiſt. pag.* 81.) corporeque malè affecto, ſtatura brevi, vultu verò, excepto vigore atque oculorum dignitate, turpiſſimo: reliquis autem corporis partibus ita compoſitis, ut monſtro ſimilior, quàm homini videretur: neque ſolùm notitia bonarum artium prorſus caruit, verùm etiam communium literarum notas ignoravit. Idem ferè judicium P. Iovij. Pater quidem puerum latinis literis inſtrui nolucrat, ipſe verò optimos quosque authores in linguam propriam verſos didicit, *ſcribit* Arn. Ferron. in ejus vita *pag.* 25. qui addit, gibbo deformem, oculo peto, at ingenio acuto prodit. Pro theſauris congeſtis in Neapolim, præter vitia, retulit in Gallias id, quod Hiſpani ex Indica navigatione cum Chriſtophoro Columbo redeuntes, Neapolitanam ſcabiem, *Le mal de Naples.* Reliqui, exteri præſertim ſcriptores, humanitatem, liberalitatem, & reliqua animi regeque digna ornamenta ei tribuunt.

Carolo VIII. ſine liberis defuncto, Lege Gallicâ ad Ludovicum Valeſium, Aureliorum Ducem, è ſtirpe maſcula proximum, regnum rediit. Hic Princeps optimus & prudentiſſimus, Pater populi dictus. Adoleſcens animi fuit fluxioris remiſſiorisque vitæ. Regnum adeptus multam operam in inveſtigandis aliorum conſiliis contulit, & quamvis ipſi, quod opus eſſet, veniret in mentem, tamen aliorum benè inventis obtemperavit. Rebus regni ex ſententia compoſitis, animum convertit ad Principatum Mediolanenſem, quem Valentinæ Aviæ nomine, hereditario jure ſibi delatum contendit, quo etiam potitus eſt, Ludovico Sforcia capto, & in carcerem Gallicum abducto. Ut populo parceret ad diſſolvendum æs alienum ab anteceſſore Carolo VIII. contractum, ad redimendum item Ducatum Mediolanenſem, primus ex Regibus Galliæ regalia officia vendidit. Inde in regnum Neapolitanum vires convertit, & expulſo Friderico Aragonio cum Ferdinando Hiſpano illud diviſit. Venetos quoque graviter bello afflixit; à Pontifice Iulio II. excommunicatus, ejus diras contrariâ obnuntiatione generosè revicit, cuſo aureo nummo, qui ex una parte nomen & titulum ſuum, ex altera inſignia referebat, *cum Elogio*, DESTRUAM BABYLONEM. Interea Hiſpanus adjutus copiis Auſtriacorum eum regno Neapolitano ejecit, & commiſſo ad Ravennam prœlio, coacti fuerunt Galli totam Italiam deſerere. Quâ occaſione Maximilianus Sforcia Ludovici in carcere defuncti filius, Imperatore connivente Mediolanenſem Ducatum recuperavit. Defunctâ uxore Anna, duxit Mariam, Henrici VII. Angliæ Regis filiam, præſtanti formâ virginem, cum qua, dum recenti amori intemperantius indulget, ætatis & tenuiſſimæ valetudinis oblitus, incidit in febrem, ex qua paucos poſt dies, tertio poſt nuptias menſe, ob. 1. Ian. 1515. cùm regnaſſet annis XVII. Ex ſecunda uxore duos habuit filios, qui ſine prole vitâ functi ſunt, & duas filias, ex quibus Claudia Franciſci I. Regis uxor, promiſſa Carolo Archiduci, poſt Imperatori: & Renata, eidem Carolo promiſſa, poſt

Ludovicus XII.

Chytræus *in Chron. lib.* 5. *p.* 148. 149.

Joachimo March. Brand., nupta verò Herculi Duci Ferrariæ. Bonas literas amavit valde horum pater Lud. XII. earumq; profeſſores in honore habuit. Mediolano capto eos edicto revocavit, aucto priore ſalario. Iaſonem Maynū, Philippum Decium, Franciſcum Curtium ſalarij magnitudine ad intermiſſam II. interpretationem allexit. Ciceronem de Officiis, & Catonem Majorem in Gallicam linguam verſos exoſculabatur. Delectabatur & Commentariis Iul. Cæſaris, cujus clementiam cùm laudaret Hieronymus Aleander, ipſe laude quidem non indignam, ſed temporariam, & alliciendis Romanis oſtentatam ajebat, exemplum afferens ex Vexoloduni deditione, cum deditis Cæſar omnibus, qui arma tuliſſent, manus præcidiſſet, vitamque conceſſiſſet; & Galliam ipſam pacatam per ſe, ſpecie belli undique conquiſita, vexaſſet & ſpoliaſſet.

FRANCISCUS I. Ludovico XII. defuncto regnum delatum eſt ad Franciſcum Valeſium proximitatis jure, qui ducta Claudia Ludovici filia & herede, Britanniam regno Galliarum univit, ut nullo ab ea jure queat alienari. Hic initio regni ad infeſtandum Ducatum Mediolanenſem, Italiam invadit, prœlio cum Maximiliano Sfortia commiſſo victoriam obtinet, & urbem capit. Maximilianus Sfortia patris exemplo in Galliam miſſus, cùm prius renunciaſſet titulo & Ducatui Mediolanenſi, Rex in poſſeſſione remanſit. Quamvis enim Maximilianus Imp. valido cum exercitu in Italiam moverit, pacem tamen bello prætulit, & Franciſcus cum Carolo quoque Archiduce 15. Aug. 1516. pacem fecit, quam Imp. confirmavit, inter alias hâc conditione adjecta, ut Rex filiam unum annum natam Carolo in matrimonium daret, eique jura quæ in regnum Neapolitanum haberet, dotis nomine concederet; &, donec filia ad ætatem connubio aptam perveniret, Rex Catholicus in ejus ſumptus quotannis Galliæ Regi mille auri libras penderet. De talibus nuptiis & promiſſionibus prudentiſſimè *ſcribit* Guicciard *lib.* 12. Non dubium eſt, quin hi duo Principes in pace ineunda, magis præſentis commodi, quàm ejus in poſterum ſervandi rationem habuerint; Quod enim fundamentum in connubio, quod pactum fuerat, cum ſponſa nondum annicula eſſe poterat? Mortuo Maximiliano Imp. 1519. 12. Ian. (cujus nomen vel ob hoc ſolum celebre, quòd cum 4. Galliæ regibus, Ludovico XI. Carolo VIII. Ludovico XII. & Franciſco I. bella geſſerit) ambiit Franciſcus per coemptos ſuffragatores Imperium; cum a. ſpe ſua decidiſſet, Titulos Imperatoris & Auſtriæ gentis ludibrio habuit, & quaſi Rex Franciæ ſit æqualis Imperatori, coronam regiam mutavit, & Imperiali ſimilem confici curavit, & ſuum unum regnum Galliæ, univerſis Caroli Imp. regnis & provinciis domandis ſufficere gloriatus eſt, imò ſolis ſuis Scholaribus Pariſienſib⁹, quorum eo tempore quadraginta mil. fuerunt, Carolum tota Europa pulſurum jactitavit; poſt hæc ex repulſæ dolore bella redintegravit. Maximiliano Sfortia a. in Gallia intereà defuncto, cum ej⁹ frater Franciſcus à Cæſare ſolicitaret reſtitutionem, novum hinc in Italia bellum varia fortuna geſtum, ab anno 1522. ad 1525. quo Franciſcus Galliæ Rex ad Ticinum 24. Febr. captus, atque Madritum deductus. Capto Franciſco, cum ſeſe dederet Pinciano, alij arma, alij calcaria, alij annulos ei ademerunt, & diripuerunt, & dum omnes capti regis decus penes ſe eſſe volunt, direptis ornamentis militaribus, turba in eum irruente vitæ periculum adiit. Caſtris direptis omnis generis deliciæ repertæ ſunt, quæ delicati homines deſiderare ſolent. Anno ſeq. traditis obſidibus filiis, Franciſco Delphino, & Henrico, (quos ducentis, aureæ monetæ, myriadibus poſt redemit) certis conditionibus humaniter dimiſſus fuit, inter quas, ut Rex omnia jura regni Neapolitani & Mediolani Cæſari cederet; ut hic Leonoram, ſororem ſuam, Emmanuelis Luſitaniæ Regis viduam, Regi in matrimonium deſponderet, duo millia auri pondo

Iovius, *lib.* 26. *Hiſtor.*

cum

cum decentibus muneribus dotis nomine conſtitueret, & intra annum ſolveret. Item, ut inter Delphinum & Mariam ex Eleonora & Emmanuele Luſitano natam, ubi ad pubertatem pervenerint, matrimonium contraheretur. Et Leonoram quidem duxit, eorum verò, quæ pro obtinenda libertate pepigerat, nihil præſtitit, ſed abruptâ jurisjurandi fide, totum propè terrarum orbem, ipſos etiam Turcas, adverſum Carolum concitavit. Excuſavit autem ſe quod ea, quæ vi à captivis extorquerentur, nullam vim haberent. *De qua quæſtione vide* Hotom. *illuſtr. quæſt.* 7. Hug. Grot. *de I. P. & B. lib.* 2. *cap.* 11. & conditiones pacis iniquas eſſe dixit; & cùm à Cæſare fidei non ſervatæ accuſaretur, eum ad duellum provocavit, ad arma tamen redierunt, & vario eventu pugnârunt, ita tamen ut fortuna Caroli vincente Neapolis & Mediolani poſſeſſio, de qua potiſſimum certatum eſt, apud Carolum permanſerit. Et Mediolanum quidem tuendis reliquis ipſius regnis maximè opportunum, omninò ſibi retinendum ſtatuit, ne ſibi adeundæ Hiſpaniæ maritimum, aut terreſtre adeundas Germaniæ & Belgarum provinciis tutum & liberum iter præcidatur, quandoquidem nequaquam ſit dignitatis Cæſareæ, per alienas terras tranſitus facultatem præcario petiviſſe. Franciſcus auditâ morte Henrici VIII. Angliæ Regis, abjectâ priſtinâ hilaritate ſemper ſubtriſti vultu & mente ad mortem uſque perſeveravit. Ex nimia jactatione equeſtri, quâ immodicè venabundus utebatur, enatum illi erat circa ſedem malignum ulcus, quod ſerpendo ad penetralia veſicæ pervaſerat, unde cùm ex eo malo febre lenta tentaretur, Rambulieti deceſſit 31. Mart. 1547. cum annis 32. tribusque menſibus regnâſſet. Scribit quidem Schönborn. *lib.* 4. *Pol c.* 26. illum morientem exclamâſſe: *Perij, heu perij, quòd volui eſſe fœderatus ei, qui hoſtis eſt Chriſtiani nominis*, & Cardinali Guiſio ſuggerenti conſolationem ex ſacris literis reſpondiſſe; *Omnem ſibi miſericordiam eſſe clauſam, quod, ut æmuli ſui vel gloriam infuſcaret, vel vindicaret injuriam, fœdus pepigerit cum Turca & Chriſtianorum capita, tanquam armenta, ad Mahometanam ſervitutem paſſus fuerit abigi.* Sed has voces dolentis potius, quàm deſperantis fuiſſe, ex eo patet, quod hiſtorici ſcribunt, illum eâ conſtantiâ & pietate deceſſiſſe, ut jam evaneſcente vitali ſpiritu, Dei ſemper nomen piè inclamârit: Petrus Caſtellanus Epiſcopus Matiſconenſis in oratione ſua funebri perſuaſum ſibi dixit, Regis animam vita ſanctiſſimè acta protinus cœlo receptam, nec expiatoriis ullis ignibus eguiſſe: eo nomine à Sorbonicis accuſatus, à Iohanne Mendoza defenſus fuit, Franciſcum eo ingenio ſemper fuiſſe, ut diu hærere uno in loco quantumvis amœno & commodo nunquam potuerit, ideoque ſibi ad purgatorium non moræ faciendæ cauſa diverriſſe videri, ſed tantùm ut vinum illac tranſeundo à pocillatore pro more deguſtandum acciperet. Thuan. *lib.* 3. *pag.* 58. Defuncto PATRIS LITERARUM cognomen delatum: harum enim & literatorum amans, ut fermè literas fovent, qui digna ſcriptis gerunt, eas in Galliis reſuſcitavit, Lutetiam Academ. inſtauraturus, claros viros è Germania & Italia advocavit. In Græcia, Aſia, alibi optimos libros conquiri & deſcribi curavit & Bibliothecam ad Fontes Bellaqueæ erexit, cujus magiſtrum Wilhelmum Budæum conſtituit. Splendore & magnificentiâ omnes ante ſe reges ſuperavit, plurimas arces à fundamentis excitavit, inter quas Campoburgum morte præventus abſolvere non potuit, quæ tantæ amplitudinis eſt, ut omnibus Europæ Regibus hoſpitium commodè præbere poſſit. Poſt incredibiles impenſas in bella & ædificia factas, ære alieno omni exſoluto, decies ſepties centena aureorum millia, (cccc. aureorum millia*) moriens, in ærario publico reliquit. ** Thuan. lib. 3. pag. 57.*
Ex prima uxore genuit filios tres, filias quatuor. Natu maximus Franciſcus deſponſatus Mariæ Henrici VIII. Angliæ Regis maximæ filiæ, celebs

obiit

obiit Turnone 10. Aug. 1536. Henricus II. ſucceſſit in regno. Tertius Carolus, Dux Aurelianenſis adoleſcens obiit. Filiarum prima Ludovica Imperatori promiſſa, ſine liberis mortua: ſecunda Carola eidem promiſſa, immaturâ ætate deceſſit. Tertia Magdalena Jacobo V. Scotiæ Regi nupſit 1536. 31. Decemb. non diu ſuperſtes, febre hectica conſumpta deceſſit 7. Jul. 1537. tanto omnium dolore, ut tum primum apud Scotos veſtis lugubris uſus occeperit. Buchan. *lib.* 14. *hiſt. pag.* 149. Quarta Margareta Duci Sabaudiæ.

Henricus II. Henricus II. Patris filius, Princeps bellicoſiſſimus initio regni ſævijt in Hugonotos, exilio, proſcriptionibus, ignibus. Quo major autem fiebat trucidatorum numerus, eò magis augebatur fidelium cœtus. Inquiſitionem Hiſpanicæ ſimilem in regnum invehere conſtituit, ejus rei cauſa, cùm in Senatum Pariſienſem veniſſet, & Annas Burgæus JC. & Senator magnâ in dicendo libertate, de concilio convocando, & intermittendis interea à pœnis ſententiam ſuam protuliſſet, Rex eum cum aliis in Baſtiliam per Gabrielem Comitem Montgomerium, Regiæ cuſtodiæ præfectum, deduci curavit, & ſe oculis ſuis eum cremari conſpicaturum dixit. Bella paterna contra Carolum V. continuavit, à quo cùm Principes Imperij alieniores animadverteret, fœdus cum illis init, mox celebres Imperij Epiſcopatus & civitates, Tullum, Virodunum & Metim occupavit, Theodonis quoque Villam Lucelburgum & alia loca cepit. Ad S. Quintinum magnam cladem accepit à Philippo Caroli V. filio, Hiſpaniæ & Angliæ Rege [illegible] Aug. 1557. quam ſequenti anno ultus eſt, capto Caleto portu celeberrimo, quem Angli ducentis & undecim annis in poteſtate ſua tenuerant, & januam ac clavem Galliæ nuncupârant. Æqualis damnis ſequenti anno pacem, duo hi reges, inierunt, eamque affinitatis vinculo confirmârunt. Et ſanè nulla pax, nullum fœdus neque ſanctius, neque ſtabilius inter Burgundos & Gallos ad eum diem pactum & ſervatum fuit. Pilippus per procuratorem Ferdinandum Ducem Albanum duxit in uxorem Eliſabetham, Henrici Regis, filiam undecennem, quæ illius filio promiſſa erat, cum dote quadringenties mille aureorum, & Emmanueli Philiberto Duci Sabaudiæ Magaretam ſororem Galliæ R. connubio junxit cum dote tercenties mille aureorum. Ob quæ matrimonia maximi fiebant Lutetiæ apparatus, feſtivaque convivia agitabantur, quæ in maximos luctus converſa ſunt. Rex enim Henricus in Hippodromo, non procul à Baſtilia, equeſtribus certaminibus magnificè inſtructis, à dicto Comite Mongomerio (quem ut unà ſecum decurreret, invitum maximeque renuentem juſſerat, tradita illi in manus lancea) vulneratus fuit, fractæ lanceæ fruſtulo per caſſidem in oculum dextrum eo impetu ingreſſo, ut omninò bregma violaretur. Cùm efferretur ad ædes, quæ Turriculæ vocantur, ad Baſtiliam adverſam identidem reſpexiſſe fertur, & ſæpius dixiſſe, valde ſe vereri, ne quid iniqui contra Conſiliarios, qui in ea aſſervabantur, commiſiſſet. Ad dies novem gravibus cruciatibus vitam animosè tolerans deceſſit 10. Iul. 1559. ætatis 40. regni XII. Animadverſum à curioſis Regem ab eo ipſo fuiſſe vulneratum & occiſum, cui Burgæum ad carcerem abducendum mandârat. Erat autem Mongomerius Religioni reformatæ maximè infeſtus, eamque vehementer fuerat perſecutus, poſt ad ejus cognitionem adductus, Eccleſiæ operam utilem dedit, poſt xv. annos in Neuſtria captus, Lutetiam deductus, & 27. Iun. 1574. ſecuri percuſſus fuit, nullo alio crimine nocens, quàm quod caſu & imprudens Principi ſuo perniciem attulerit. Sponſio fuerat Henrico cum Maria Regina Angliæ, ſed duxit Catharinam Mediceam καθάρμα lucemque ſeculi ſui, quam primis annis ob ſuſpectam ſterilitatem repudiare cogitaverat, quæ tamen poſtea ſatus numeroſam ſobólem enixa eſt. Filiorum maximus fuit Franciſcus II. [illegible]

sudo

ſcus II. Rex. Secundus Ludovicus Dux Aurelianus, tenerâ ætate mortuus. Tertius Carolus Maximilianus, qui poſtea Rex Carolus IX. fuit. Quartus Eduardus Alexander, Dux Angoliſmorum poſt Aurelianus. Quintus Hercules, poſtea mutato nomine Franciſcus dictus, Dux Andium. Filia Eliſabetha, promiſſa Eduardo Regi Angliæ, nupta verò Philippo Hiſpaniarum Regi, Claudia nupta Carolo III. Lotharingiæ Duci. Margareta Henrico Navarræ Regi. Liberos naturales habuit Henricum Engoliſmenſem, Magnum Priorem Galliæ, qui obiit 1586. & Dianam, quæ nupſit 1. Horatio Farneſiô, Duci Caſtri, poſt Franciſco, Duci Monmorancio Pari & Mareſchallo Franciæ, 1557. quæ obiit 1619. menſ. Ianuar.

Franciſcus II. patri ſucceſſit, & quæ illius admirabili caſu deſitura videbatur perſecutio, vehementius quàm antea inſtaurata eſt, multis tunc Evangelij cauſa crematis, quorum conſtantia magnum, ad veram doctrinam promovendam, momentum habuit. Anno ætat. xv. duxit Mariam, Jacobi V. Scotiæ Regis filiam & heredem, ad cujus nuptialia orgia, cùm Scotorum Legati in Galliam veniſſent, & in concilium vocati, Cancellarius cum illis ageret, ut coronam cæteraque regni inſignia repræſentarent, ut Reginæ maritus de more Scotorum Rex crearetur, id poſtulatum, ut impudentiæ plenum rejecerunt, nec obtinuit matrimonialem coronam Franciſcus. Qui cum ab infantia malè affecta eſſet valetudine, per nares mucorem nunquam, rarò per os excreatum emiſit. Dum itaque perſecutio intentatur, & cædes undique apparantur, arrectique eſſent ad res magnas omnium animi, Rex in auricularem quendam morbum incidit, quo poſtquam paucos dies laboraſſet, decumbente in auriculam excrementorum colluvie, ac per eam præter naturam exonctante ſe cerebro, id lethali putredini cauſam præbuit: deceſſit 1560. 5. Decemb. cùm vixiſſet annos 17. 10. menſ. uno plus die, regnaſſet annum 1. menſ. 5. FRANCISC. II.

In ejus locum ſuffectus eſt Carolus IX. annorum x 1. 1561. qui xiv. annorum, major ætate ſummorum Parlamentorum arreſtis & ſententiis declaratus, aliquot poſt diebus pro more inauguratur. Quo regnante univerſum regnum pace ac tranquillitate, quod ad religionem quidem attinet, frui maximè incipiebat, eaque per omnes regni provincias indies augeri & propagari: mox Gallia bellis civilibus exarſit. [Sed induciis cum Navarræo, Admirali Colignæo, & Principe Condæo pactis, ad tegenda Conſilia in perniciem Reformatorum ſ. Hugonotarum agitata, Henricum Navarræ Regem ad conjugium cum Margareta ſorore ineundum cohorratus fuit.] Mox intercedente connubio Henrici Regis Navarræ cum Margareta Caroli ſorore pax facta eſt, 1572. totâ urbe feſtivis ſonis reſonante. Sed vix triduo elapſo, pro cytharis ejulantium voces, pro vino ſanguinis flumina audita & viſa ſunt, & 24. Aug. inaudita carnificina ſubſecuta, ita ut intra paucos dies c. millia honeſtiſſimarum familiarum oppreſſa fuerint. Occidit etiam inter alios Iohannes Coraſius JC. & Petrus Ramus Profeſſor Regius, & Claudius Gaudimelus Muſicus Excellens, qui jucundiſſimos modulationum numeros Pſalmis Davidicis, à Clem. Maroto, & Theod. Beza expreſſis, aptavit, & alij plurimi viri celeberrimi. Lanienæ & periculo ope Germanorum erepti, Hugo Donellus & Franciſcus Hotomannus JCti. in hujus caput Pontifex duo millia coronarorum propoſuerat, ſed evaſit Baſileam, ibique vitam finiit. Initium autem Tragœdiæ factum à Caſpare Colignæo, qui ſclopeto à ſicario diſploſo duabus glandibus ictus eſt, mox repetitis ictibus exanimatus, de feneſtra in aream præcipitatus, calcibus contumelioſè impetitus: cadaveri caput amputatum, Romam uſque perlatum, pudendis & manibus ac pedibus truncatis per vicos tractum, ad furcas cruribus in altum ſublatis ſuſpenſum, igne ſubjecto uſtulatum fuit. Carolus verò Rex poſt CAROLUS IX.

lanienam horroribus nocturnis & malæ conſcientiæ morſibus territus & exagitatus, ſedando animo ſymphoniacos adhibuit, Orlando Laſſo Muſico excellentiſſimo è Norico Luteriam evocato. Tandem inter longos & graves dolores, ſanguinis profluvio moritur. De quo Caroli facto Maximil. II. Imp. *in epiſtola quadam ad* Lazarum Schwend. 22. Februar. anno 1574. [Hab es mit hertzlichem Leyd vernommen/ daß ſich ſeiner Tochter Mann zu einem ſolch ſchändlichen Blutbad habe bereden laſſen. Habuit enim in uxorem, Eliſabetham, dicti Imp. filiam.]

Magno animi dolore intellexi, generum meum ſibi perſuaderi paſſum eſſe tam fœdam lanienam, quanquam ſcio magis alios imperare, quàm ipſum; attamen hoc ad excuſationem facti non ſufficit, neque hoc ſatis eſt palliando ſceleri, nunquam hac talia, ſi me adhibuiſſet in conſilium, me auctore feciſſet. Ignoſcat illis Deus, qui culpam hujus rei ſuſtinent. Res pietatis gladio non volunt dijudicari, neque tractari, &c. Non poſſum apud te diſſimulare, repertos eſſe nonnullos impudentes & mendaces nebulones, qui dicere auſi ſint; quicquid hic fecit Gallus, id me non ſolùm conſcio, ſed etiam auctore ipſum feciſſe: qua in re Deum appello teſtem, mihi coram ipſo & toto mundo fieri injuriam.

Ex uxore Eliſabetha, Maximiliani Imp. filia, unicam ſuſcepit filiam quæ ſexennis deceſſit. Ex puella Aurelianenſi de Belleville, quæ ſolam amavit, reliquit Carolum Arvernorum Comitem, quem Henricus IV. R. conjurationis in ſe initæ reum ad æternos carceres damnavit. Mariſot. *cap.* 41. *pag.* 136. Cygnea ejus vox fuit, *gaudere ſe quod in ea ætate moriturus nullos liberos regni heredes relinqueret, quippe qui proprio exemplo abunde expertus eſſet, quàm miſera regum puerorum conditio exiſteret, quamque deplorandus regni ſtatus foret, cui pueri turbata Republica præeſſent; ſic autem res eſſe, ut Regno Galliæ viro opus eſſet.* Deceſſit è pulmonis ulcere; alij mortem ejus feſtinatam affirmârunt, quam opinionem auxerunt livores, ex cauſa incognita in mortui corpore à chirurgis & medicis aperto, reperti, deceſſit poſt longos & graves dolores 1574. 30. Maji, cùm vixiſſet annos 24. menſ. 10. d. 30. regnaſſet annos 13. menſ. 10. d. 25.

Henricus III. Moriens Henrico fratri (qui anno 1573. Rupellas obſidens in caſtris à Polonis Rex ſalutatus erat) habito ſolenni conventu Galliarum habenas reſignavit, matri, quoad ille revocaretur, ſummâ authoritate conceſſa. Henricus 15. Febr. Cracoviæ coronatus, ubi mortem fratris intellexit, de reditu in Galliam cogitavit, re cum Proceribus communicatâ, cùm eos difficiliores animadverteret, Regias epulas inſtruxit, ad quas illos convocavit. Geniali convivio more gentis conſumpta diei bonâ parte, ludis jociſque interpolatis, rex velut ludo fatigatus, & vino obrutus in cubile ad quietem ſecedens, habitu mutato, fugienti ſimilis Cracovia exceſſit, ſexto à ſuo in Poloniā adventu menſe, fruſtra eum inſequentibus Polonis, citatis equis. Viennam tranſiens ibi ſalutavit Imperatorem Maximilianum, qui conſilium ei dedit, ut pacem primis regni auſpiciis ſuis daret; idem conſilium Venetias tranſeunti Dux Aloyſius Mocenicus Senatus nomine inſinuavit. Inde per Sabaudiam in Galliam venit, coronatus 15. Febr. 1575. Die quo unctus fuit in Regem, 15. Febr. 1575. aureis argenteiſque miſſilibus in populum ſparſis, duabus coronis tria verba ſuppoſuerat, *MANET VLTIMA COELO*; quod quidam ita mutavit, ut legeretur, *MANET VLTIMA CLAVSTRO.* juxta ſequens diſtichon, quod infenſus Regi Poeta compoſuerat:

Qui dedit ante decas, unam abſtulit, altera nutat,
Tertia tonſoris perficienda manu.

Legationibus diverſis cum Polonis egit, ut eum Regem ſuum agnoſcerent, perſiſterentque in ipſius fide; ſed reſponſum tulit, *Regem non niſi præſentem in Polonia regnare poſſe.* Piaſec. *pag.* 4. Guiſiani, videntes

Regem

Regem conſilium ſibi ab Imp. datum ſequi, & impenſius Hugonotis favere credentes, mutuum fœdus inierunt, denominatum Liga ſacra, & cùm Henricus nullam prolem ſuſciperet ex uxore, quamvis diligenter frequentaret Divorum aras, apud quos vota valere, pro virilis ſexus prole, fama receptum eſt. Busbequ. *in epiſt. pag.* 472. 480. nec alius heres regni ex domo Valeſia haberetur, ſed ejus ſucceſſio ad Henricum Navarræ Regem ſpectaret, ut eam ad ſuos traherent Guiſii, & Navarræum à ſucceſſione regni excluderent, nihil intentatum reliquerunt. Quorum conſilia, cùm ſagaciſſimè odoraretur Rex, Conventum Blæſis indixit, & Guiſios eò pellexit, ubi Dux & Cardinalis affectati regni pœnas, & meditatam regis mortem ſuâ morte ſolvere, & ille quidem in penitiori cubiculo, (in quo prima laniènæ Pariſienſis conſilia habita) occiditur, hic poſtridiè ſtrangulatur, cadavera in cineres redacta in Ligerim ſparguntur. Duodecima poſt die Catharina Regis & omnium illarum turbarum mater mœrore animi annorum LXX. moritur.

Poſt cædem Guiſianorum, cùm Henricus defectionem contra ſe in tota Gallia concitatam coercere ſtatuiſſet, & augendis viribus ſuis, Henricum Navarræ Regem partibus ſuis adjunxiſſet, Lutetiamque Guiſianorum partium & rebellium caput edomare niteretur, in caſtris ad S. Clodovæum, in eo conclavi, in quo Laniena concluſa fuit, à Monacho Jacobo Clemente, prætextu literarum ac ſecretioris ad eum verbi, 1. Aug. (quem diem feſtum in poſterum haberi voluerunt Guiſij.) 1589. cultro venenato in ilia adacto percuſſus eſt, anno regni XV. menſ. 2. æt. 39. ultimus familiæ Valeſiæ, quæ annis CCCXIX ſceptra regni Galliæ tenuit. Illo die, quo è medio ſublatus fuit, Burbonij in Sacello fulmen, ex Burboniorum inſignibus in feneſtra extantibus, trabem excuſſit, illæſis tribus liliis; certum augurium, Valeſiis ſucceſſuros Burbonios. Princeps ingenij & corporis dotes voluptatibus corrupit. Regni ærarium ab anno, quo è Polonia rediit, ad annum 1583. exhauſit, & ſexagies centena millia coronatorum, ſive ut dicimus, ſex milliones largitionibus & inutilibus ſumptibus prodegit. Buſbeq. *epiſt.* 15. *pag.* 496. ad Rudolph. II. Imp. Quæ ſumma magis magiſque erevit, ita ut ex quo rex eſſe cepit, ex publicis rationibus computo facto, ad quadringenties vicies centena aureorum millia, *h. e.* quadraginta duos aureorum milliones inſumpſerit, ſi non mentitur autor libri *de juſta ejus abdicatione, lib.* 3. *c.* 12. *pag.* 159. *b.* Catellis parandis & alendis plus C. aureorum millibus quotannis abſumpſit, fœminis & hominibus ad id ſtipendio magno conductis, qui aulam eum omni illo comitatu ubique ſequebantur. Ex Rege penè Monachus redditus, per quendam Ieſuitam Emundum, inſtituit novum Sodalitium eorum, qui flagellantes ſeu pœnitentes vocantur; cujus cùm nonnulli ſervi nobilitatis à pedibus in ipſa regia, quædam per jocum æmularentur, Regis juſſu abrepti, ferè ad 80. in coquinam, atque ibidem flagris ad ſatietatem cæſi haud fictum ſimulactum flagellatorum & pœnitentium retulerunt. Busbequ. *epiſt.* 18. *pag* 505.

Henricus moriens accerſitum Navarræum, in præſentia Procerum, Regem Galliarum ſucceſſorem ſuum deſignavit, ei ultionem necis ſuæ commendans, quo animam exhalante, ſtatim Henricus Navarræus Burbonius, Rex Galliæ in caſtris proclamatus fuit. HENRICUS IV. *Piaſec. p.* 78.

Hic Henricus natus apud Pallentium 13. Dec. 1553. patre Antonio, Duce Vindocinenſi, matre Iohanna, Henrici Albreti Benearnenſis filia; quam Hiſpani per ludibrium Vaccam, & patrem Bubulcum appellabant, ſive quod Benearnenſes geminam vaccam in ſtemmate haberent, ſive quod tractus iſte armentis ferax ſit. Illi audientes, Iohannam peperiſſe, exclamaverunt: *Mirum, hodiè vacca peperit ovem!* quibus Albretanus reſpondit:

dit: *Illa, quam Vaccam appellatis, Leonem genuit, cujus ungues, niſi reſipiſcitis, aliquando eſtis experturi.* Nec defuit præſagio veritas. Recens nati & lauti infantis labellis, avus inſeruit allium, quod pro theriaco Vaſcones habent, pòſt guttam vini in os infudit, ſub finem anni, ab ubere tractum & ſacro baptiſmate initiatum, Suſannæ Burboniæ educandum conceſſit. Ejuſdem juſſu in omnem laborem alebatur: nudis pedibus & capite, ruſtico habitu, vilibus cibis donec in altricis contubernio permanſit. Cum in Rothomagenſi expugnatione pater 1562. dum in vallo exoneraret veſicam, ſclopetario globo petitus occubuiſſet, Reformatam religionem profeſſus eſt, annos circiter undecim natus. Cùm ageret annum xv. Ludovicus Princeps Condæus ei Regimen proteſtantium exercituum Rupellæ obtulit. Poſtquam ille ad Iarnacum 1569. cecidit, hic fugientem & trepidantem exercitum collegit, & ne virio recentis infelicitatis miles langueſceret, extemplo ſuſcepto militari ſacramento, ad Rupapium Andinum Ducem fudit. Mox cum Henrico Condæo Ludovici filio plurimarum urbium deditiones accepit, multa oppida & caſtella oppugnavit, & omnes eum paveſcere inceperunt. Franciæ Rex Carolus quem vi non poterat, aſtu capere Leonem deſtinavit, & Legatos ad eum miſit petentes pacem, cujus prætextu meditata carnificina tegebatur. Rex deſpondet Navarræo ſororem Margaretam, quam poſtea Lutetia migrare, urbemque ſuâ contagione liberare juſſit, objectans ei vitam turpem, flagitiis contaminatam, & quod puer ſine mariti operâ natus eſſet. Pœnituit tamen poſtea Regem, quod per iracundiam ſuo ſanguini notam impoſuiſſet. Busbeq. *pag.* 517. 528. Iohanna Albretana in apparatu nuptiarum filij Lutetiæ moritur, novus maritus, ut & Princeps Condæus captivus detinetur ad annum 1576. quo in venatione, eluſis corporis cuſtodibus, fugiens Alenzonium venit, ubi templum ingreſſus, cantari audivit Pſalmum Davidis xxi. *Domine in virtute tua lætatur Rex*; & hoc quid. non arte aut ſtudio, ſed caſu, Pſalmo illo in hunc ordinem tecurrente. In Gallia diſcordiæ & ſeditiones, ſegnitie Regis, in immenſum creverunt. Pont. M. Hiſpaniæ Rex, Sabaudus & Lotharingus, unuſquiſq; in partem prædæ erectus: inter omnes præcipuus Henricus Guiſius. Interfecto Henrico III cum Sixtus V. Navarræum manifeſta hæreſi damnatum excluſiſſet ſceptris, & fœderatis, alium Regem eligendi poteſtatem dediſſet, Cardinalem Borbonium, Henrici Navarri patruum regem deſignârunt, percuſſis illius imagine nummis cum nomine Caroli X. Eo defuncto, alij Philippum Regem Hiſpaniæ, alij ejuſdem filiam Iſabellam Henrici III. neptem, nupturam Erneſto Archiduci, aut Henrico Guiſio, in Comitiis Blæſenſibus interfecti filio, aut alij è Principibus Lotharingicis. Hi enim ſemper prævaluerunt, & inventi autores, qui ſcriberent Legitimos Gallicis ſceptris ſucceſſores Lotharingos, inter quos celebrior Franciſcus Roſierius, Archidiacon Tullenſis, in opere, cui Titulus: STEMMATA LOTHARINGIÆ & BARRI DUCUM, quod igne per carnificem abolitum. Franciſcus Hotomannus quoque celebre nomen infamavit, inſolentis tractatus editione, cui titulus: FRANCO-GALLIA. Mariſol. *pag* 33. His in electione diſſidentibus, Henricus Navarræus Calviniſmum, quem per xv. annos profeſſus erat, abjurat, anno 1593. 25. Iulij ſtatim Melda Lugdunum, Aurelia, ſe dedunt, & Henricus 1594. Carnuti phiala è majore Monaſterio petita, Rex Galliæ inauguratur, ſequenti modo: Progreſſus a Palatio Regio, quod eſt in oppido S. Dionyſij, ac ſacco lineo ſuperinductus, nudis pedibus, capite aperto, ac cereum accenſum manu tenens, ivit ad templum primarium illius loci, magnâ populi multitudine inſpectante. Ad valvas templi cùm acceſſiſſet, & clauſas inveniſſet, eas ipſemet manu pulſavit, & interrogatus ab Epiſcopis, qui templum occupabant, *quis eſſet?* Reſpondit: *ſe eſſe Regem Navarrænum,*

raum, *Galliæ Regni verum hæredem.* Epiſcopus replicavit: *quid hoſti Eccleſiæ, quid lupo cum paſtoribus?* At ille ait: *Se ſimulata Apoſtaſia graviter in Deum & Eccleſiam deliquiſſe, ſed propterea dolere, & ex animo pœnitere, ac ad gremium Eccleſiæ reverti, peteréque, ut à matre pia, non ſecus quàm à patre, filius perditus recipiatur.* Tunc valvæ templi fuerunt apertæ, & ſtans in porta Archiepiſcopus Bituricenſis cum Cardinali Vandomio, aliiſque ſeptendecim Epiſcopis Pontificali habitu indutus interrogabat Regem juxta ritum in Pontificali libro præſcriptum: *Singulos Fidei articulos an crederet? an abrenunciaret omni ſocietati hæreticæ, & vellet adhærere Eccleſiæ Romanæ, & ejus ſummo Præſuli Chriſti in terris vicario? an velit permanere in ſocietate fidei Catholicæ, & hæreſes atque hæreticos execrari, & eos exterminare ex regno Galliæ, quantum poſſet?* & Rege ad ſingula affirmatè reſpondente, ac omnia promittente, concludendo Archiepiſcopus dixit: *Et ego te, ſalvâ Summi Pontificis cenſurâ, à crimine Apoſtaſiæ abſolvo, Eccleſiæ reſtituo, & ad ſacramenta ejus admitto, additis ex libro Pontificali precationibus & ceremoniis ad hoc præſcriptis.* Poſtmodum introductus Rex in templum & ab Epiſcopis, qui aderant, ad altare majus ductus: illis ad partem recedentibus, Archiepiſcopo Bituricenſi de more Eccleſiæ ad aurem peccata ſua fuit confeſſus, depoſitoque pœnitentiæ habitu, factam miſſam in Regali throno ſedens, magnâ cum devotione audivit, quâ finitâ, ab omnibus Proceribus & Epiſcopis, qui aderant, ad Palatium Regium fuit reductus &c. Piaſec. *pag.* 107. Lutetia quoque poſthæc cum aliis multis urbibus Regem cum agnoſcit. Cùm anno 1594. miſſo Duce Niverſio abſolutionem ab excommunicatione à Pont. non obtinuiſſet, anno 1595. denuò ſolenni Legatione pro ea petenda miſit, quam etiam certis conditionibus P. M. promiſit, quas cùm Legati ſuſcepiſſent & ſubſcripſiſſent, proſtrati ad pedes Pontificis jacuerunt, donec Pſalmum, *Miſerere mei Deus, &c.* & *De profundis clamavi ad te, &c.* Cantores Pontificii voce ſubmiſsâ decantârunt, Pontifice ad ſingulos verſus ſcapulas Legatorum bacillo oblongo tangente. His abſolutis, P. M. exurgens, & mitra de capite depoſita certas preces recitans, Legatis benedictionem dedit. Piaſec. *p.* 136. Confœderati Galli autem, cùm viderent, vi nihil efficere ſe poſſe, Regis perſonæ & vitæ inſidiati ſunt, & varios percuſſores ſubornârunt, inter quos 27. Decemb. 1594. Johannes Caſtellus annos natus XIX. ſubornatus percuſſor, dentem ei cultro excuſſit, & non expectata quæſtione, ſe ſocioſque ſceleris incuſat. Rex, ut audivit parricidam Jeſuitarum diſcipulum, *Oportuitné* (exclamavit) *etiam ab ore meo Jeſuitas convinci?* inde toto regno exulare juſſi ſunt, recepti tamen ab eodem clementiſſimo rege 1604. Bella quæ cum fœderatis & exteris geſſit, recenſere non eſt noſtri inſtituti, ſemper belli aleam felicem expertus eſt, nec invenies in hiſtoria Galliæ regem nobiliorem pluribus triumphis. Teſtantur id tria juſtiſſima prælia, quinque & triginta armati congreſſus, quadraginta ſupra centum prælia regia pugnata manu, trecentorum locorum expugnationes. Sub finem vitæ verſabat animo & corpore conſilia, quæ toti Europæ novam faciem indutura credebantur. Forſtn. *N. in Tacit. pag.* 245. *vol.* 2. Extinctis civilibus bellis & per totam Europam facta concordia, MAGNI cognomen adeptus eſt. Mahumetes III. Orientis Imp. cùm Legatum ad eum miſiſſet cum literis, earum ejuſmodi erat ſuperſcriptio: *Invictiſſimo Generoſiſſimo maximo Chriſtianorum Principi, Conciliatori pacis, diſcordiarum Oppreſſori, Europæ Indici, maximus Regibus maximum exemplum, majeſtate, opibus, gloriâ notiſſimo Henrico IV. Imperatori Galliarum, Imperator Orientis Mahumetes, ejus, quâ nunc fruitur, felicitatis continuationem in ſeros & æternos annos deprecatur.* Sed felicitas hæc non fuit diuturna, Franciſcus enim Ravallacus Engoliſmenſis, Regem in curru ſedentem & expanſæ chartæ intentum, educto cultro,

aſcenſaque interiore currus rota, gemino vulnere in mortem affecit. Obiit invictiſſimus Princeps hora poſt meridiem quarta, die veneris, 14. Maji, anno 1610. Vixit annos 56. menſ. 5. d. 1. Regnavit Galliis annos XXI. minus 77. diebus. Notatu dignum, eund. menſem, diem, & horam, in natalibus Margaretæ Valeſiæ primæ conjugis fuiſſe. Inde videmus, quam diſcordes nuptiæ fuerint, quando ſimile momentum uxorem mundo dedit, quod maritum abſtulit. Ad exoſum autem illud matrimonium per fratrem Carolum IX. coacta fuerat Margareta, Henrico contra ire non auſo, quod is ſuaderet, qui jubere poterat. Sed propter conſanguinitatem & ſterilitatem, quæ legitimæ in Principibus divortij cauſæ ſunt, eam dimiſit, non ægrè ferentem ſe miſſam fieri, abſentia mariti aſſueta jam pridem viduitati: imò per literas Mariam Medicæam laudavit, victuram inde ſobolem & ſceptris ſucceſſuram precata. Hanc Mariam Franciſci, Magni Ducis Hetruriæ filiam, cum dote ſexcenties mille coronatorum 25. Aug. 1600. duxit Florentiæ, Rogerio Bellegardæo, Magno Galliarum Equiſone, Regis vices agente, precario connubio, quod ipſe Rex 25. Dec. Lugduni conſummavit. Hac nati Ludovicus XIII. qui patri ſucceſſit. Secundus Dux Aureliacenſis, ſtatim poſt nativitatem denatus. Tertius Johannes Baptiſta Gaſto, Dux Andegavenſis, poſt Aurealianenſis. Filiarum prima Eliſabetha, bona copula, Philippo III. Hiſpaniæ Regi conjuncta fuit. Chriſtina Victorio Sabaudiæ Duci, Henrica Maria Carolo Magnæ Britanniæ Regi nuptæ. Tulit & alios liberos ex amaſiis. Ex Gabrielide Eſtreenſi Belloforrij duciſſa, 1. Cæſarem, quem ducem creavit Vindocimenſem & Bellofortium, cui matrimonio copulavit Franciſcam unicam filiam & heredem Philippi Emmannelis Ducis Mercurij, ex qua ſuſcepti Lunovicus, Dux Mercurij, Franciſcus, Dux Bellofortij, & Iſabella, nupta Duci Nemoroſio. 2. Alexandrum Magnum, Priorem Galliæ, defunctum 8. Febr. 1629. 3. Catharinam Henricam, uxorem Caroli Ducis Ellebovi. Ex Henrica Balſacia Henricum, Vernolij Marchionem, Epiſcopum Metenſem, Gabrielidem Angelicam, nuptam Bernhardo tertio genito Ducis Eſpernonij, Marchioni de la Valette. Ex Iacoba de Bucil Comitiſſa de Moret, Antonium Comitem de Moret. E Caroletta des Eſſars, domina de Romorantia, Iohannam Baptiſtam, Abbatiſſam Fonteverallienſem (de Fonteurand) 20. Maji, 1639. & Mariam Henricam, Abbatiſſam de Chelles, defunctam 10. Febr. 1629. Maria autem anno 1610. 13. Maji, ſolenni apparatu in S. Dionyſij fano Galliæ Regina inaugurata, poſtridè vidua facta, curam regni & novennis filii in ſe ſuſcipiens. Cùm in gubernatione ſolius Ancræi conſiliis uteretur, varias turbas in regno excitavit, inprimis Proceres offendit tractatu cum Hiſpanis, de danda filia ſua primogenita Regis Hiſpani primogenito, & viciſſim filia illius primogenita accipienda in uxorem filio ſuo, quem tractatum perniciosum regno Proceres arbitrati, & magis, quod ipſis inſciis & inconſultis concluderetur, indignati ab aula receſſerunt. Tandem & ipſa Bruxellas in exilium ſponte conceſſit, inde in Angliam ad filiam trajecit, & triennio ferè apud eam exacto, in Germaniam reverſa, Coloniæ domicilium ſibi elegit, ibidem 3. Iul. 1642. vitæ curſum morte confecit. Pridie, quam necaretur, Ludovicum Regni Proceribus oſtendens dixit: *Huc uſque ego vobis, nunc iſte imperabit.*

Ludovicus XIII. Ludovicus XIII. maximo patre major filius 8. Octobr. 1610. Rothomagi ſolenni ritu inauguratur & coronatur, vicaria adminiſtratione Regni ejus matri commiſſa, Marchione Ancræo omnia pro lubitu agente, titulo & nomine ſolo regi relicto. Sub finem autumni 1614. adultus imperij habenas more majorum anno ætatis XIV. capeſſit, majorque Parlamenti placito adminiſtrandis rebus pronuntiatur. Matris & Ancræi conſiliis,

filiis, Invito Parlamento & Proceribus regni duxit 18. Octob. 1615. Annam Mariam Mauritiam, Philippi Hiſpaniæ Regis filiam. Interea Concinus Concini Marchio Ancræus publicas adminiſtrans privatis rebus ſuis ſtuduit. Cùm ſingulis annis ultra quotidianos aulæ regiæ ſumptus duo milliones aſſervari, & ærario inferri ſolerent, hoc adminiſtratore non ſolum nihil illatum, ſed & de XIV. millionibus poſt mortem in ærario repertis XI. profuſi ſunt. Hanc inſolentiam hominis externi cum diutius ferre non poſſent Galli, Regem de Statu regni, & quod iſte omnia ex voto & conſilio Hiſpanorum dirigeret, inſtruunt; Horum conſiliis cùm acquieſceret, Ancræus in ipſa Lupara interficitur, 24. Apr. 1617. poſtridie populus in cadaver occiſi è ſepulchro erutum ſævit, per civitatem raptat, ad furcam pedibus ſuſpendit, præciſis naribus, auribus, manibus, pudendis deformatum rogo impoſitum combuſſit. Matri quoque Reginæ ad Bleſenſes ſeceſſum cùm indixiſſet, pertæſus ejus cuſtodiæ Rex & ipſe gubernationem aſſumſiſſet, Principes & Proceres, qui ab aula receſſerant, ad obſequium Regis ſponte redierunt. Regina cùm Bleſæ aliquamdiu commorata, clam inde Lochetum, & deinde Bruagium operâ Ducis Eſpernonij conceſſiſſet, Rex filiali animo illi ignovit, huic ac ſociis veniam dedit. Cùm denuò de rege exauthorando, & in monaſterium detrudendo, ac in ejus locum Ducem Aurelium ſufficiendo, cum aliis conſpiraſſet, conjuratione detectâ, Regis frater Nanceium in Lotharingiam conceſſit. Regina Compegnij ſubſiſtere juſſa cuſtodes eluſit, & Bruxellam in Flandriam ſe recepit, eò etiam paulò poſt venit Dux Aurelianus, & varia periculoſa conſilia contra fratrem regem agitavit; eum exercitu in Belgio conquiſito Galliam intrantem, Rex per Mareſchallum de la Force fudit, capto Duce Montmorancio, qui capitis ſupplicio interiit. Aurelianenſis verò cùm poſt illum conflictum in poteſtatem regis veniſſet, & conditiones reconciliationis ſubſcripſiſſet, nec ſatis fideret regi, eluſis cuſtodiis iterum in Belgium evaſit: inde majores offenſas ſibi & ſuis conciliavit novis conſiliis, inprimis, quod Lotharingiæ Ducis ſororem inconſulto fratre Rege uxorem duxiſſet, quod matrimonium à Parlamento irritum declaratum ex Lege regni, quæ vetat, filios Regum accipere uxores ſine conſenſu Summi Conſilij. Lotharingus hoſtis declaratur, ejuſque munitiſſima civitas Nanceium, poſt longam obſidionem, deditione capitur, e qua Aureliani uxor veſtibus mutatis virum mentita Theonis villam vix evaſit. Ille Aurelij Dux menſ. Octob. 1634. reverſus in Galliam, Regis fratris voluntati ſe permiſit. Anno 1638. 5. Sept. ſuſcepit Rex ex uxore filium Ludovicum XIV. cum ſumma lætitia illius regni, & admiratione totius orbis, nempe quòd hic partus ſucceſſiſſet ferè ſine exemplo, vigeſimo tertio anno ſterilitatis Reginæ, quæ poſt biennium 21. Sept. alterum genuit, qui anno 1648. 24. Maji, in baptiſmo accepit nomen Philippi. Per Duces ſuos, Bernhardum Vinarienſem in Germania, Mareſchallum Caſtilionæum in Belgio, Longovillæum in Burgundia, Cardinalem de la Valette in Hannonia & Arteſia, Narcurtium in mari Gallico, multas urbes, arces, caſtella, oppida, inſulas expugnavit & intercepit, & in his munitiſſima loca, Atrebatum, Philipsburgum, & inexpugnabile Briſacum, quod ad ultimam famis neceſſitatem adactum deditionem fecit, quæ quidem tanta fuit, ut canes, mures, feles in deliciis fuerint, & triginta captivi Galli inedia per ergaſtula miſerè perierint, ex quibus ſeptem à ſemivivis adhuc ſociis in cibum abſumti fuerunt. Uſus autem eſt in omnibus maximis negociis, ſagaciſſimis conſiliis, primarij miniſtri, Cardinalis Johann Armandi de Pleſſis Richelij, quo excellentior in artibus regnandi, aut politicæ prudentiæ fama, noſtrâ ætate nemo creditus eſt; ut propterea etiamnum ex præſcripto conſiliorum ipſius, res Gallicas adminiſtra-

Forſtn. *in Not. Tac. p. 583.*

miniſtrari, multi ſuſpicentur. Hujus certè unius conſiliis, ſuâ autem virtute Rex Ludovicus armorum Gallicorum potentiam magnificè dilatavit; deceſſit ille 9. Dec. 1642. & in ſequente anno ipſe Rex ſecutus eſt 14. Maji, eodem die, quo ante tres & triginta annos ejus pater nefariâ ſicarij manu interfectus eſt, relicto quinque annorum filio, Ludovico XIV. ſub tutela Reginæ matris.

Morti proximus omnes rectionis ſuæ rationes ſupremo Conſilio & Parlamento Pariſienſi obtulit, cùm ab omnibus probarentur, Reginam uxorem, cui adminiſtrationem regni, donec adoleſceret Delphinus, & fratrem, Ducem Aurelianum, cui ſupremum armorum arbitrium commiſerat, arctius obligavit, ut eandem rectionis formulam ſervarent. Ad conſilia verò regia, Card. Richelio Iulium Mazarinum ſubſtituit. Is expeditionum bellicarum ordo obſervatus, & inceptæ impreſſiones in Italia, Hiſpania, Arteſia & Alſatia continuatæ, perſequendo verò in Germania bello fœdus anno 1640. menſ. Novembr. cum Suecis Stokholmiæ ictum, renovatum fuit. Ludovicus Borbonius, Dux Angianus ad Rocroiam, Adminiſtratorem Belgij, Franciſcum de Melo profligavit, eo ipſo die, quo Ludovicus XIV. Pariſiis Rex Galliæ pronuntiabatur ... Maji, 1643. mox Theodonis villa eidem Duci ſe dedit. Sequenti anno Aurelianus Dux Grevelingam, ex munitiſſimis Flandriæ civitatem, poſt bimeſtrem obſidionem Mardicum & Cortracum Hiſpano extorquet, Dunckerkam item poſt trimeſtrem oppugnationem ad deditionem cogit. Baſſæam Gaſſio, Dixmudam Ranzovius capit. In Catalonia Tortoſam occupat Schombergius. In Lotharingia Villaræus Mottam ſubjugat. In Italia & Germania diverſa fortuna res actæ. Per pacem Oſnabrugenſem Briſacum cum pertinentiis, Alſatiæ Landgraviatus, & Philippsburgum in Regem & coronam Galliæ translatum. Cùm autem Regina in adminiſtratione regni externorum conſiliis plurimùm uteretur, & hinc Principum odia in ſe concitaret, Princeps Condæus cum fratre, Duce Contio, & Dux Longevillanus carceri mancipati ſunt, nullâ habitâ ratione, quod ille multis magniſque victoriis rem Gallicam ſtabiliviſſet, hic verò pacem Germanicam tam utilibus pro Gallia conditionibus promoviſſet. Sed Parlamenti Pariſienſis decreto è cuſtodia liberati, Condæo in fidem reconciliationis Præfectura Aquitaniæ commiſſa. Rege menſ. Septemb. 1651. decimo quarto ætatis anno clavum regni ſuſcipiente, cùm in Condæos Principes videretur graviora meditari, illi in tutiora ſeceſſerunt, & Ludovicus Condæus Hiſpano fidem addixit, & nunc generalis militiæ Dux in Belgio cluet.

DUCES BURBONII.

JAcobus Burbonius, Carolenſis Marchianus & Ponthievanus Comes, Franciæ Conneſtabilis, ex uxore Johanna de S. Paulo duos habuit filios, totidem filias. 1. Catharina nupſit Burchardo II. Comiti Vindocimenſi. 2. Iſabella, Ludovico Belmontenſi. Johannes primogenitus ex Catharina herede Vindocimenſi ſuſcepit tres filios & duas filias. Anna nupſit 1. Johanni Bituricenſi, Comiti Montpenſerio, Iohannis Ducis Biturigum filio: deinde Ludovico Barbato, Duci Bavariæ. Maria, Iohannis Bennenſis Domini Croyani conjunx. Filij fuerunt Iacobus Comes Marchiæ, Ludovicus Com. Vindocimenſis, & Iohannes Sclusæ & Carencij Dynaſta. Habuit etiam filium naturalem, Iohannem.

Jacobus Rex Siciliæ duas habuit uxores, prima fuit Beatrix, Caroli III.

ſoli III. Navarræ Regis filia, ſecunda Iohanna II. Siciliæ Regina. Ex prima nata Leonora, nupſit Bernhardo Armagniaco, quæ jus prætendit in Siciliæ & Navarræ regna, & in proventum quater millenarum marcarum ex Comitatu Marchiæ.

Ludovicus Burbonius, Comes Vindocimenſis duxit 1. Blancam, Comitiſſam de Ruſſy, quæ ſterilis deceſſit. 2. Iohannam Vallenſem, matrem Iohannis II. & Gabrielidis. Iohannes II. duos habuit filios & ſex filias. Iohanna ter nupſit, 1. Iohanni Burbonio Arverno. 2. Iohanni Turenio, Comiti Bononiæ. 3. Franciſco Pauſſano, Baroni de la Garde. [unde Comites de la Garde in Suecia Stemma ſuum deducere volunt.] 2. Catharina nupta Gilberto Chabanenſi, Iacobi filio, Antonij Chabanenſis Comitis Dammartini, Magni Magiſtri Galliæ fratri. 3. Iohanna, uxor Ludovici Iocoſani (de Ioyeuſe) mater Franciſci Ioyenſe. 4. Caroletta nupſit Engelberto Clivenſi, Comiti Nivernio, Iohannis I. & Eliſabethæ Burgundiæ filio, quæ marito defuncto ingreſſa eſt cœnobium Fontevrallienſe ubi deceſſit 14. Nov. 1520. 5. Renata Abbatiſſa dicti cœnobij, obiit 1534. 8. Nov. 6. Iſabella, Abbatiſſa Cadomenſis, obiit 12. Iul. 1531. cui in dignitate ſucceſſit Catharina Albretana, ſoror Henrici Regis Navarræ. (Habuit etiam duos filios ex amaſia. Iacobum, Dynaſtam de Boneval, à quo deſcendunt Barones de Ligny, Domini de Rubempré, & Ludovicum, Epiſcopum Arctachenſem in Normannia, qui obiit Turonij 1510. 25. Octobr.)

Filij fuerunt, Ludovicus Burbonius, Princeps Rupis ad Yonam, poſtea per uxorem, Comes Montpenſerius, cujus Filius Ludovicus primus Dux Montpenſerius, nepos verò Franciſcus toto orbe ob res præclarè pace belloque geſtas illuſtris, Neuſtriæ ſeu Normanniæ Prorex, patris Ludovici ampliſſimarum toto regno ditionum heres, militiæ laboribus attrito corpore, articulari morbo fractus, extremo vitæ biennio ab ubere nutricis lactatus eſt, cùm vires corporis defeciſſent, ut vix oſſibus hæreret, nondum quinquagenarius deceſſit, relicto Henrico unico filio, bonorum dignitatumque omnium atque virtutis incomparabilis herede, qui per uxorem multarum ditionum dominus factus, unicam reliquit filiam, Mariam, deſponſatam triennem Duci Aurelianenſi, ſecundogenito Henrici IV. Regis Gall. quo in pueritia mortuo, nupſit 1626. Gaſtoni Johanni Baptiſtæ, Duci Aurelianenſi, ex quo genuit unicam filiam, Annam Mariam Louyſam, Dumbarum & Rupis ad Yonam Principem, Duciſſam Montpenſeriam.

Alter Johannis II. filius fuit Franciſcus, Comes Vindocimenſis, qui uxorem duxit Mariam Lucelburgicam, Comitiſſam Fani D. Pauli, à qua huic familiæ magnæ opes in Picardia, Flandria, Arteſia, aliiſque locis acceſſerunt. Liberos habuerunt complures. Carolus primogenitus ex Franciſca Alenzonia 7. filios & 5. filias ſuſcepit, ex his Maria, Iacobo V. Scotiæ Regi, promiſſa, cùm ei viſa non placuiſſet, Franciſco Clivenſi, Duci Nivernix deſponſata, innupta obiit. Margareta nupſit modo dicto Franciſco. Catharina Sueſſionis, Renata Chellarum, Eleonora Fontevrallienſium Abbatiſſæ, hæc annorum 79. ob. 26. Mart. 1611. Ex filiis, primogenitus obiit infans. Antonius, Dux Vindocimenſis, ducta Iohanna, Henrici II. Navarræ, ex Margareta, Franciſci I. Regis Galliæ, ſorore, genuit Henricum, Regem Galliæ & Navar. Sub Carolo IX. Aquitaniæ gubernator, civili bello Regias defendens partes, dum Rothomagum oppugnat, tormento è muris ictus, occubuit 21. Octobr. 1562. vix quadrageſimum attingens annum. Buchan. lib. 14. pag. 149. l. 32.

Tertius filius Franciſcus Burbonius Anguianus egregia virtutis ſpecimina in diverſis præliis edidit. Propè Seriſollas cum Marchione de Gua-

ſta Caroli V. Imp. legato confligens, victoriam memorabilem, à Paulo Jovio copioſè deſcriptam, obtinuit. cùm ad rupem Guidonis ad Sequanam hyemaret, & ſe recrearet in caſtelli constructi propugnatione, contrà præcipui ex nobilitate juvenes idem oppugnantes, militaris obſidionis imitatione tuerentur: Franciſcus, ut paullum reſpiraret, cùm in aula Palatij ad parietem ſederet, arca lignea ex feneſtra præcipitatur, quâ, ut erat ingentis molis, in eum prolapſa, cervice eliſa oppreſſus eſt.

Ludovicus triennis obiit. Johannes ducta Maria Stutavillana Franciſci Burbonij filia, in pugna Sanquintini ſine liberis deceſſit. Ejus vidua nupſit Franciſco Clivio Duci Niverno, hoc quoque mortuo, Leonoro Longevillæo, ex quo numeroſæ ſobolis mater facta eſt. Carolus Burbonius Presbyter, Cardinalis titulo S. Chryſogoni, Archiepiſcopus Rothomagenſis per annos 42. ſub nomine Caroli X. Regis perſonam tulit, ludibrium conjuratorum & belli civilis, non cauſa, ſed prætextus. Princeps levis & ambitioſus, ad omnia pro dominatione alienis impulſibus paratiſſimus, à Guiſiana nece in cuſtodia detentus, ſi tempore delati regni in libertate fuiſſet, duxiſſet Monpenſeriam, Guiſij ſororem, & ſic facilè per eam, quandocunque ſine liberis deceſſiſſet, regnum ad fratres Guiſios tranſmiſiſſet. Deceſſit Fontenay in Pictonibus ex calculi doloribus.

Ludovicus Condæus magnitudine animi, virtute, rerum uſu, comitate neminem habuit ſuâ ætate ſuperiorem. Dux & columen Proteſtantium, cùm in pugna Baſſacana 13. Mart. 1569. fortiter pugnans occubuiſſet, illorum vires ſimul concidiſſe videbantur, quas tamen reſtauravit Caſpar Colignius, natalibus & militiâ clarus, virtutis heroicæ exemplar, & ſupra antiquos Duces, quos Græcia & Roma extulit. Primis nuptiis duxit Leonoram Rhienſem, Ruſeij Comitiſſam, quæ ei peperit Henricum Condæum, Franciſcum Contij Principem, & Carolum Cardinalem Vindocinenſem. Ex altera uxore ſuſcepit Carolum, Sueſſonum Comitem, Ludovicum & Benjaminum. Henricus virtute patri non inferior, à juventute aſſiduis bellorum civilium periculis conflictatus, deceſſit 3. Mart. 1588. veneno, quod ei ſecunda uxor propinavit, ob id in arcta cuſtodia per ſexennium aſſervata, in qua fauſtis auſpiciis filium Henricum peperit, eo enim die cœlo ſereno intonuit, & coruſcationes læti ominis viſæ ſunt. Hic Henricus, ut nominis & virtutis, ita paternarum ditionum heres, ex Momorancia genuit Ludovicum Condæum, Ducem Angianum, primum hodiè ſanguinis Regij Principem, bellicâ virtute per Germaniam clarum, nunc Generalem Hiſpanicæ militiæ in Belgio, & hujus fratrem Armandum, Principem Contium:

Annam item, uxorem Henrici Longovillæi.

DUCES BURGUNDIÆ.

Burgundia olim regnum, cujus ſedes Arelate, inde Arelatenſe dictum, in diviſione nepotum Caroli M. (quâ totum Francorum regnum in Germanicum & Gallicum dividebatur,) Germanico regno cum 8. Comitatibus ſuis tributum atque ſubditum fuiſſe, & per aliquot ſecula, uſque ad alienationem à Carolo IV. Imp. factam, manſiſſe, notum eſt ex Aymonio, Æmilio, Trithemio, & aliis. Circa annum 1034. bipartitum in Ducatum & Comitatum abiit, quorum ille Burgundia inferior, hic ſuperior dicebatur. Robertus III. Dux Burgundiæ ex Agnete,

Ludo-

Ludovici Sancti filia, inter alios liberos habuit Odonem, Margaretam & Iohannam. Odo duxit Iohannam, Philippi Longi Galliæ Regis, & Iohannæ Comitiſſæ Burgundiæ & Arteſiæ filiam, per quod matrimonium Odo antea Dux Burgundiæ, factus eſt etiam Comes Burgundiæ & Arteſiæ, ex quo natus Philippus Ducatus & Comitatus Burg. heres, in uxorem duxit Iohannam, Wilhelmi Comitis Arverniæ & Boloniæ unicam filiam, quæ mortuis parentibus dictos Comitatus marito in dotem attulit. Philippus verò in oppugnatione Caſtelli Aguillorij in Aquitania, (Guaſcogne) vivo adhuc patre Odone periit 1346. relictâ uxore gravidâ, quæ Philippum peperit, qui avo & aviæ maternæ in Ducatu & Comitatu Burgundiæ ſucceſſit, & Margaretam, Ludovici Malani Flandriæ Comitis, filiam, heredemque unicam, ſeptennis quadrimulam duxit, at XIV. ætatis anno obiit 1361. Odonis ſoror, Margareta, nupſit Ludovico X. Hutino, Regi Galliæ. Hinc orta Iohanna, Regina Navarræ, Philippo Eburovicum Comiti nupta, unde Carolus prodiit Rex Navarræ. Altera Odonis ſoror Johanna nupſit Philippo Valeſio Regi, unde natus Johannes, Rex Galliæ. Defuncto autem Philippo, Duce Burgundiæ ultimo, Johannes Rex per matrem ſuam Ducatum Burgundiæ ad ſe traxit, non ratione coronæ aut jure regio, ſed jure duntaxat proximitatis devolutum, non, inquam, jure regio, ut poſtea, interfecto ad Nanceium Duce Carolo, quidam fingere & ementiri ceperunt. Carolus contra Rex Navarræ Ducatum ſibi deberi affirmabat per matrem ſuam Iohannam, ex majore filia Roberti II. Ducis Burg. prognatam. Et hic potior erat, ni obſtitiſſet Iohannæ matris ambiguus ortus, quam Rex Iohannes incerto patre dicebat natam; ideò quod mater ejus Margareta, Ludovici R. uxor deprehenſa fuerat in adulterio, ob id per longum carcerem necata. Prævaluit ergo Rex Iohannes, qui filio Philippo (cognom. Audaci) matrimonium cum Margareta, Ludovici Malani, filia virgine, & vidua procuravit, quam pater Edmundo Eduardi III. Angliæ Regis filio promiſerat, Avia Margaretæ paterna has Anglicas nuptias tam averſante, & has Gallicas tam fervidè conciliante, ut rejectâ ſuperiore veſte, dextram mamillam exerens, manuque tenens, Ludovico filio in Anglum proniori minaretur, ſeſe mamillam, quæ ipſum, nullumque alium, lactaverat, in opprobrium ejus abſciſſam, canibus objecturam, niſi ſponſalibus Anglicis reſciſſis in Gallicum hoc matrimonium conſentiret, qui matris tam commotæ voluntati filiali pietate obtemperans, filiam Philippo in conjugem intra annum tradidit.

Hic Philippus primùm Princeps ſine terra, poſt Dux Turonum dictus eſt: Tandem Iohannes Rex cupiens ornare filium ſuum ob præclara ipſius in ſe merita, Ducatum illi Burgundiæ, heredibusque ejus ex proprio corpore, legitimoque matrimonio procreandis attribuit, retento ſibi Ducatu Turonenſi, 6. Sept. 1363. eam donationem fremente Carolo Rege Navarræ, & ægerrimè ferente, tantæ ſibi fraudi eſſe aviæ ſuæ factum, ut nobiliſſima ſpoliaretur hereditate. Carolus V. Rex factus ratam habuit & confirmavit 2. Iun. 1364. Philippus menſ. Iunio 1369. Gandavi nuptias celebravit cum ſponſa, quam per ipſos ſeptem annos ambiit, & quæ Flandriam, Brabantiam, Arteſiam, utramque Burgundiam, Salinas, Nivernios, Raſtelianos, Antuerpiam, Mechliniamque dotem ſponſo attulit, eumque ſepties patrem fecit. Rege Carolo VI. conſecrato, cùm ad convivij locum ventum eſſet, contentio incidit inter Principes de ſeſſione & prælatione, Ludovico Andegavenſe, ſe ætate grandiorem, Philippo Burgundo, ſe Parem Franciæ & Parium Decanum eſſe, contendentibus; Rex conſultatione cum Proceribus habitâ, Burgundo primam ſeſſionem, quatenus ad præſens negotium pertineret, adjudicavit. Cùm

Andegavenſis nihilominus proximum regi locum in convivio occupaſſet, Philippus inter Regem & Andegavum inſiliit, quo facto vel audaci temeritate, Audacis cognomen adeptus eſt. Et hæc prima æmulatio inter Gallicam & Burgundicam domum ſucceſſu temporis radices agere cepit. Fuit Philippus moribus victuque temperatus, affabilis, latronibus, & graſſatoribus inexorabilis, ingenioſus tributorum exactor, tantum tamen æris alieni conflavit, ut uxor cum marito Atrebati juſta perſolveret, ne ejus debitis obnoxia eſſet, omnibus ejus bonis mobilibus renuntiârit, neque erubuerit in ceſſionis ſignum, Zonam, crumenam, & claves coram tabellione ſolenniter feretro ejus imponere: quo facto ſiſtitur uſurarum ſortiſque curſus, donec creditores, quibus nullum niſi in mobilia bona jus, de commodis certiſque ſolutionis terminis tranſigant cum debitoribus. Obiit 1404. 27. Apr. corpus ejus conditum Divioni apud Carthuſianos, inteſtina Hallis tumulata, cor regum ſepulchris ad Fanum Dionyſii illatum. Moriens liberis mandavit, ut omnibus modis pro regni Galliæ ſalute laborarent, cui ipſe à pueritia fideliſſimus fuerat. Johanni filio utramque Burgundiam, Flandriam, Arteſiam attribuit. Antonio Brabantiam cum Limburgo, Philippo Nivernium cum Rethelio. Uterque, tam Brabantinus, quàm Nivernius, amorem ſuum erga regnum Galliæ in prælio Azincurtio morte ſuâ oppignoravit. Per iſtam diviſionem factum, ut hæ duæ ditiones Niv. & Reth. quæ centum & quinquaginta annis Flandriæ adhæſerant, ab illa deinceps divulſæ permanſerunt. Altero poſt maritum anno obiit Margareta morte ſubitanea, velut apoplexia 16. Mart. ætatis ſuæ quinquageſimo ſexto.

Johannes Divionenſis à loco natali dictus, quo primam lucem aſpexit 28. Maji, 1371. anno eodem etiam in extremam penè Galliæ calamitatem natus eſt Ludovicus Aurelianus. Anno ætatis 25. ad Nicopolin à Turcis captus, ducentis ducatorum millibus ſe & ſocios liberavit. Cum Carolus VI. in mentis alienationem incidiſſet, & de adminiſtratione regni ſimultates inter Burgundum & Aurelianum exortæ eſſent, & præterea hic illius torum ſollicitaſſet, interfectus eſt Pariſiis 1407. & quamvis rex confeſſus eſſet, necem hanc bono Reip. factam eſſe, & rem omnem cum Burgundo compoſuiſſet, & iniiſſet pacem à Delphino juramento confirmatam ſuper crucem Chriſti, ſanctumque Evangelium, ſub verbo Principis, ſuæ nobilitatis, ſub parte ſua ſperatæ æternæ ſalutis, tamen in hujus conſpectu Burgundus à quibuſdam Aureliani Ducis familiaribus, quos ad colloquium Delphinus Monſtrolium ad Sequanæ & Yonæ confluentes, adduxerat, miſerabiliter interemptus eſt incredibilibus Galliæ & Delphini calamitatibus. Quæ nova inter utramque domum æmulationum cauſa. Fuit Johannes Princeps animi ingens, pace & bello inſignis, Flandriſque charus, ita quidem, ut dubium reddiderit, utrum plus ſuos amaret, an ab illis amaretur, felix ac florens, ſi communem Galliarum calamitatem potuiſſet evadere. Ex uxore Margareta Alberti Bavari, Com. Hannoniæ, Hollandiæ & Zeelandiæ, filium habuit Philippum, & ſex filias: Margaretam, prius Ludovico, Caroli VI. filio, poſt Arturo Richemondæ Comiti: Iſabellam Britanni filio, Comiti Pontiberæ: Annam Bedfordiæ Duci Anglo conjugatas. Catharinam à ſponſo Renato Andegavenſi ob factiones Aurelianas repudiatam, quæ Gandavi innupta obiit. Mariam, Adolpho Cliviæ primo Duci: & Agnetem, Carolo Borbonio, nuptiis conjunctas. Habuit & nothos, Johannes Cameraci Principatu Epiſcopali, Guidus Crubeceæ Dominus militari laude inclaruerunt.

Philippus à morum facilitate Boni agnomen adeptus, ætatis anno xv. duxit Michaelidem, Caroli VI. Galliæ Regis, filiam, eidem ſocero ſuo perſuaſit, ut ſecum fœdus cum Henrico V. Angliæ Rege iniret, filiamque

liamque Catharinam illi ambienti in uxorem daret, & in illos legitimosque eorum liberos, Salicâ lege neglectâ, jus regni transferret, filio Delphino, veluti ſicario perjuro & inteſtabili abdicato: Carolus Delphinus ad menſam marmoream ter ritè citatus, cùm judicij diem non obiiſſet, paterno regno indignus à Parlamento Pariſienſi judicatus eſt. Philippus ultor acerrimus paternæ cædis, fœderatus Anglis maxima damna Gallis intulit, tandem ſedecim annorum vindictam tranſactione finiit, quâ limites ſuos, potentiamque maximè auxit, quos etiam ſucceſſionibus & emptionibus ampliavit, ut meritò ceu præcipuus Belgici Imperij architectus perhibeatur. Flandriam, Arteſiam, Mechliniam à patre adeptus eſt. Namurci principatum à Iohanne conſanguineo emit. Brabantiæ, Limburgi, annexæque regionis tranſ-Moſanæ cum S. Imperij Marchionatu ſucceſſionem, morte Philippi patruelis eſt conſecutus. Com. Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, Friſiæque ei reſignavit Iacoba Bavara conſobrina, quo potiretur amaſio ſuo captivo Francone Borſalo. Luxemburgi Ducatum emit. Eliſabetham tertiam uxorem Brugæ ſexaginta quatuor tubarum argentearum clangore excepit, & pluſquam regali Pompa nuptias celebravit 10. Ian. 1430. quo die ordinem aurei velleris inſtituit, cui collegio xxv. nobiles viros inſeruit, ſeſe annumerans: deinde quinto poſt anno xxx. & unum equites. At Carolus poſtea quintus eo nomine Cæſar 1516. unius & quinquaginta Equitum eſſe voluit. Ludovici Ducis Aureliani cæſi filium Carolum in Anglia xxv. annis, ex prælio Azincurtio captivum quadringentis pro eo florenorum millibus perſolutis, liberavit. Ludovicum Delphinum, Caroli VII. Regis, filium à patre fugientem, quod Agnetem, ejus amicam occidiſſet, ampliſſimo honore excepit, tria in ſingulos menſes millia florenorum, unde viveret, illi aſſignavit, & Genapiam, amœniſſimam civitatem, ubi domicilium haberet, attribuit, ubi cum uxore & familia ad quinque annos vixit, nactus Cononem ruſticum ſibi amicum, qui Regi inaugurato rapas aliquot prægrandes muneri detulit, remuneratus mille coronatis. Fuit Philippus à populo ſuo cumprimis cultus, amatuſque, apud exteros magnæ æſtimationis, fideique. Reliquit quadringenta aureorum millia paratæ pecuniæ, argenti non ſignati ſemilibras ſeptingentas ſeptuaginta duas, & ſuppellectilem ad bis decies centena aureorum millia æſtimatam. Memoria dignum, cùm Calixtus III. Pont. Max. bellum Turcis indixiſſet, Philippum quoque contra hoſtem Chriſtiani nominis, ſe cum exercitu iturum promiſiſſe: ſed uxoris rogatu & ceterarum mulierum, quarum mariti unà profecturi erant, valetudinem prætendiſſe: verùm à Pontifice indignabundo uſque in tertium gradum maledictum narrant: ad quod crimen expiandum Philippum teſtamento mandaſſe, cor ſuum Hieroſolymis apud Minores ſepeliri, eiſque in ſingulos annos legaſſe IV. M. aureorum. Ut ut ſit, conſtat defuncto Philippo ejus filium Carolum multis cladibus acceptis miſerè occiſum; hujus filiam Mariam, in venatione, uterum ferentem, equo præcipitatam & qui ex illa ſuſceptus erat, Philippum Auſtrium Regem Caſtellæ non ſine veneni ſuſpicione mortem obiiſſe. Convocato aliquando milite, conſtituit Philippus Antonium notum ſuum, virum ingenti animo & fortitudine, qui copias duceret. Is ex Brabantia profectus, cùm in Gallias veniſſet, longiùs procedere non eſt auſus, propter oſtenſas ſibi literas, quibus inerat, juſſiſſe patrem Philippum, ut interficeretur. Hæ literæ, ut poſtea compertum eſt, non à patre, cui unicè charus erat Antonius, ſed ab hujus Conſiliariis aliquot ſcriptæ fuerant in gratiam Ludovici Regis &c. Unicum reliquit filium Carolum ex poſtrema uxore, quæ anno poſt maritum quarto vitam finiit. Filios nothos octo & filias progenuit ſex. David & Philippus Ultrajecti Præſules, Raphael divi Bavo-

nis

nis Gandavi abbas. Balduinus ſtirps Faleſij, Brigdami & Somerdiki dominorum. Cornelius & Antonius fortiſſimi bellatores erant, ille cœlebs in bello occubuit: hunc ſtatuit pater conſenſu ordinum Burgundis ac Belgis poſt ſe Principem relinquere, ſi aliquo caſu filius legitimus ſolus ac unicus Carolus ſine legitimis liberis è vita deceſſiſſet, eamque in rem Antonium à Summo Pontifice Sixto IV. & Friderico III. Imp. natalibus reſtitui curarat. Ipſe Antonius hujus rei probè conſcius, nuptias diſtulit, non ſolum ad mortem Caroli pugnacis fratris ſui, ſed donec videret, unicam ejus heredem, Mariam, Cæſari Maximiliano nuptam, liberos peperiſſe. Tum demum animum ad uxorem appulit, quæ fuit Maria Vieſvillia, è qua ei natus eſt filius Philippus & duæ filiæ.

Carolus tertius orbis Chriſtiani ditiſſimus & æſtimatiſſimus Princeps, ditiones à patre ſibi relictas ampliavit, Geldria, Zutphaniaque à Duce Arnoldo gentis Egmondanæ 1473. partim precio nonaginta duorum millium aureorum Rhenenſium, certiſque x. annorum reditibus, ac ejus teſtamento, quo Carolum heredem ſcripſit, filio abdicato, partim Gerhardi Iuliacenſis in eam provinciam jure octoginta florenorum Rhen. millibus comparato. Lotharingum inſtinctu Ludovici Galliæ R. bellum ſibi inferentem majore parte ſui Ducatus multat. Poſt in Helvetios Lotharingi ſocios movens, Caſtellum Granſeium deditione capit, ubi quingenti præſidiarij ſuſpenſi fuerunt, quos mox victores Helvetij ſepulturæ mandârunt, iiſdem laqueis totidem captivos Burgundos ſuſpenderunt, & Carolus caſtris exutus, impedimenta & ſuppellectilém planè regiam omnem, quæ decies centena aureorum millia ſuperaſſe dicitur, amiſit; majus tamen detrimentum accepit in eo, quod famam, exiſtimationem, autoritatemque longè lateque amiſerit, ceperitque multis eſſe riſui, quibus antea fuerat formidini. Poſt paucas ſeptimanas denuò in Lotharingiam movens ſcelerata perfidia Comitis Campobachij in conflictu ad Iarvillam propè Nanceium fortiſſimè pugnans cecidit, & tertio à pugna die inter cadavera nudus, femur utrumque atque nates haſtis transfixus & à vertice cerebroque ad dentes uſque halebardica ſecuri diſſectus, in foſſa, facie ad glaciem cujuſdam torrentis aut paludis congelata, inventus eſt. Ludovicus Rex ejus cæde tam effuſè gaviſus eſt, ut CL. pondo argenti in abacum facti nuncio dederit, teſtatus eo jucundiorem ſe nunquam accepiſſe, neque ullum magis hominem, quàm Carolum metuiſſe. Erat Carolus fidei, unici ſocietatis humanæ vinculi, tenaciſſimus etiam erga infidos, militarium incommoditatum ſupra fidem patiens, natura ſeverus, gravis, ſui admirator, in veſtibus pompoſus, aulicæ ſuppellectilis abundantia tres ditiſſimos reges ſuperavit, hoſtibus & domeſticis etiam formidabilis, ſententiæ ſuæ in conſiliis pertinacior. Linguæ Latinæ, Hiſpanicæ, Anglicæ, Muſices item peritus, hiſtoriarum ſtudioſus, vini cibique abſtinentior, raræ caſtimoniæ. Cùm Inſulam aliquando veniſſet, pro ſpectando ipſi exhibitæ ſunt tres mulieres nudæ, ſub titulis: Veneris, Iunonis & Palladis. Venus procera ſtatura atque adeò obeſo corpore erat, ut craſſior nuſquam poſſet inveniri. Iuno ſtatura veneri par, ſed ex multis millibus nulla macilentior, nulla ſtrigoſior. Pallas ſtatura erat brevi, ſublatis humeris, gibboſa, omnibuſque modis ſupra modum deformis: hæ tres de formæ præſtantia ſibi Carolum judicem depoſcebant. Heredem in ſolidum habuit Mariam, ex ſecunda uxore natam, quæ plures habuit procos, & pater diverſis promiſit, ad conciliandos ſibi Principum animos, & auxiliis eorum utendi, ſpe generi adſciſcendi cuique oblata: modo Viennæ Duci, modo Nicolao Calabriæ & Lotharingiæ Duci; mox Philiberto Sabaudiæ Principi, mox Maximiliano Archiduci Auſtriæ, Regi Romanorum, cui etiam juſſu patris literas ſcripſit, & in

Meyer. *Ann. lib.* 17. *p.* 392.

pignus

pignus magni pretij Adamantem miſit. Et cùm ambo Fridericus III. Imp. cum filio Maximiliano & Carolus Burgundus Auguſtæ Trevirorum 28. Septemb. 1475. veniſſent, eo congreſſu hic ab Imperatore petiit Rex creari, juxta dignitatem majorum ſuorum, qui Reges fuere Burgundiæ: Legatus item fieri cupivit Auguſti ac Vicarius Imperij. Imperator filiam ejus periit filio Maximiliano, quam cùm pater promitteret, & ille contenderet, ut nuptiæ ſtatim celebrarentur, Dux verò inſtaret, ut ante illas Vicarius Imperij & rex Burgundiæ deſignaretur & ſalutaretur, Non. Octobr. Carolus Imp. ad convivium invitat tanto apparatu & magnificentiâ inſtructum, ut propemodum nuptiale ejus convivium per omnem Galliam & Germaniam fama celebratum æquaret. Indutus tum erat togam centum millium ducatorum æſtimatam, & præſtitit Imperatori fidem de Ducatu Geldriæ & de omnibus Principatibus, quos intra fines Imperij poſſidebat; inſtitit ſimul, ut rex crearetur, quod Imp. ei promiſit. Itaque corona, ſceptrum, vexilla, veſtes, ad regium ornatum Treviris juſſa fieri, & jam Throni in Templo majore facti, ſedilia quoque & omnia ad coronationem & ſacrationem Regis neceſſaria parata, cùm Imperator repente mutatus, poſtero die, ne Carolo quidem valedicto, diſceſſit. [Prudenter videtur abſtinuiſſe Imp. creatione novi Regis. Nam quo pacto potuiſſet Carolum regem facere, niſi cum incredibili vulnere imperij tot provincias voluiſſet illi tradere, quod nulli Imperatori licet. Quamvis Imperatoribus Reges ſubjiciantur, & omnis Nobilitas ab Imper. potiſſimùm proficiſcatur, non tamen conſueverunt facilè Reges creare: ſed reges ex barbatis nati ſunt, & ſeipsos reges fecerunt magno damno Imperij &c.] Ita nihil profuiſſet ille congreſſus, niſi pactum fuiſſet matrimonium Mariæ, quod poſtea, Carolo cæſo, à Mariæ concilio, urbiumque delegatis, Cæſareiſque Legatis Brugæ ratihabitum, & Maria in Ludovici Bavari primarij legati & Maximiliani mandatarij manum convenit, ſolennique Principum more in eodem thoro, illi dextram tibiam armato, accub... donec anno 1477. 18. Auguſt. ab ipſo Maximiliano Gandavi conſummaretur.

Ludovicus verò Galliæ Rex, quamvis circiter annum ante Caroli interitum pactas inducias novennales cum Carolo ejuſque herede, ditionibuſque ſuper ſancta Evangelia, ſuper crucem Chriſti, per fidem Deo debitam, per ſanctam legem Chriſti in baptiſmo acceptam, juramento ſanxiſſet, ad annum 1475. menſ. Sept. illo interfecto non Ducatum Burgundiæ tantummodo, ſed quæcunque patri avoque per Atrebatenſem & Confluentinam pacificationes acceſſerant, Mariæ ſubitò eripuit.

Maria cùm corporis ſummo vigore & alacritate eſſet, annumque vitæ XXV. Principatus quintum & menſes tres recenſeret, die quodam levandi animi gratia venatum exiens, aſturcone cæſpitante, ejuſque ephippio malè cincto, eſt delapſa & impacta arboris trunco ſubjacenti, uterum gerens, cùm partes corporis internas eſſe læſas, aut ignoraret, aut diſſimularet, apoſtemate letali intus oborto, aut febre, poſt tres ſeptimanas Brugæ deceſſit 1482. menſ. Mart. ſuperſtitibus relictis, Philippo quadrienne & Margareta, Franciſo & Georgio in infantia extinctis; de quo Philippo ſupra dictum.

REGES NAVARRÆ.

NAVARRA nomen eſt novum, dicta, quod Hiſpani vocant NAVAS camporum areas planas arboribuſque purgatas, quæ tamen habeant in circuitu ſylvas, dumetaque fruticoſa, & inde Navaria forte dicta loca, quæ complures habeant hujuſmodi navas. Hanc regionem olim incoluerunt Vaſcones, quos poſtea in Galliam tranſmigraſſe conſtat.

GARSIAS XIMENIUS Regio Gothorum ſanguine natus, poſt ingentes clades à Saracenis acceptas cum ſexcentis viris nobilibus Chriſtianorum reliquiis ex Cæſare Auguſta & aliis Aragoniæ & Navarræ oppidis in montes Pyrenæos ſe recepit, & ab iiſdem primus Suprarborum Rex conſtitutus eſt, circa annum Chriſti 716. Inde cum ſexcentis illis nobilibus deſcendens multas, magnaſque ſtrages in Saracenos edidit, eoſque à Pyrenæorum montium finibus totaque vicinia depulit, & brevi tempore ſuæ poteſtatis fecit, ditioni ſuæ adjecit, majoremque Navarræ provinciæ partem, fugatis Saracenis, ſubactam, religione Chriſtiana imbui inſtitnique curavit. Geſtabat pro Inſignibus Arborem viridem, quercum viridem, & ſuper eam crucem rubram in croceo campo, in memoriam talis apparitionis vel viſionis ante prælium cum Mauris, unde nominis SUPRARBIÆ ducta appellatio. Sanctius VIII. Rex Navarræ, (Decius ſeptimus à Garſia Ximenio) in memoriam victoriæ obtentæ 1212. contra Miramolinum Maurorum Imperatorem, (in quo prœlio ducenta Maurorum millia, Chriſtianorum 225. cecidiſſe fama eſt,) catenas aureas in campo rubro, cum Smaragdo iiſdem catenis inſerto, pro inſignibus primus geſtavit, quibus in hunc uſque diem Reges Navarræ utuntur. Narrant Hiſpanicæ hiſtoriæ, inter alias acies Maurorum fuiſſe unam, ceteras numero & magnitudine excedentem, in qua fuit ipſe Miramolinus: hujus aciei milites, narrant ita ferreis catenis inter ſe fuiſſe ligatos & copulatos, ut ordinem aut locum mutare non poſſent, ſed neceſſe erat ſigno belli dato, imperuvé ſemel facto aut vincere aut pariter omnes mori. In memoriam g. tam nobilis victoriæ dictus Rex catenas iſtas pro inſignibus Gentilitiis ſumpſit. Camer. *centur.* 1. *horar. ſubciſ. cap.* 78. *ex Mureto.* Hunc colligendi inter ſe milites morem, dum in acie pugnaturi ſtant, apud Cimbros etiam fuiſſe teſtatur, præter alios authores Alex. ab Alex. *lib.* 4. *cap.* 7.

Ludovicus Hutinus Iohannæ Reginæ Navarræ, & Philippi pulchri Galliæ R. filiorum natu maximus, Iohannæ matri demortuæ, vivo adhuc patre, in regno Navarræ ſucceſſit 1305. XXI. Navarræ Rex, qui poſt an. 1315. patre defuncto Galliæ quoque rex creatur. Uxores habuit duas, e prima Margareta Roberti III. Burgundiæ Ducis f. ſuſcepit Iohannam. Ex ſecunda Clementia Caroli Martelli, Regis Hungariæ filia, quam moriens prægnantem reliquit, natus Johannes, Paucorum Dierum cognominatus, quòd per octo tantùm dies vixerit, & fuerit Rex Franciæ & Navarræ. Philippus Longus poſt mortem fratris ſui Ludovici Hutini, hujuſque poſtumi, dicti Johannis, in regno Franciæ (quod jure ipſi comperebat,) & Navarræ (quod invaſit excluſa Iohanna legitima herede) ſucceſſit: Hoc defuncto ſine herede maſculo, utriuſque regni hereditatem adiit frater tertius, Carolus pulcher 1321. iterum præterita Iohanna Hutina, vera regni, aliarumque adhærentium provinciarum herede, quæ, hoc quoque mortuo, regnum aſſecura eſt. 1328. nupſit Philippo Comiti Eburovicenſi, quo nati ſunt tres filij & quatuor filiæ. Carolus II. ſucceſſor

ceſſor in regno, Phiſippus Longavillæ Comes, qui improlis obiit 1364. Ludovicus Comes Belmontenſis, poſtea, per uxorem, Dux Dutaci. Johanna Abbatiſſa Longicampi, ob. 1387. æt. 66. Maria deſponſata 1338. Petro IV. Regi Aragoniæ. Blanca ſecunda uxor Philippi Valeſij, Galliæ Regis 1349. Agnes nupta Gaſtoni Phœbo, Comiti Foxenſi & Bearnæ Domino, ex qua nullos ſuſcepit liberos. Habuit autem plures naturales, inter quos Bernhardus Beatnus, à quo deſcendunt Comites & Duces Medinæ cœli in Hiſpania. Obiit Philippus anno 1343. 26. Sept. cùm regnaſſet unà cum uxore annos 14. menſ. 6. d. 21. hæc verò poſt mortem mariti ſola regnavit annos 5. m. 11. d. 10. obiit in Gallia 1349. 6. Octobr.

Johanna junior nupſit Iohanni II. Vice-Comiti de Rohan, unde natus Carolus de Rohan, à quo deſcendunt Duces Monbaſonij.

Carolus II. natus 1332. ſucceſſit matri demortuæ ætatis anno 18. duxit 1353. Iohannam, Johannis Galliæ Regis filiam, ex qua nati Carolus III. ſucceſſor; Philippus, qui infans de manu nutricis per feneſtram decidens ob. Petrus Comes Mortanij natus 1366 ob. 1412. 29. Iul. multos ex Catharina Petri II. Comitis Alenzonij f. relinquens liberos. Maria nupta Alphonſo Aragonio Comiti Deniæ, Duci Gandiæ. Iohanna bis nupta, 1. Iohanni Comiti Monfortio, Duci Britanniæ 1386. ex quo ſeptem liberi progeniti. Secundò Henrico IV. Angliæ Regi 1403. Blanca tertium decimum annum agens obiit ante patrem. Carolus in Galliam proficiſcitur, ut avitos Comitatus Campaniæ & Briæ, aliaſque ſibi jure debitas ditiones recuperaret; Anglis junctus, maximas calamitates intulit, & in ſummas anguſtias eos redegit, tandem pace factâ ad ſuos reverſus, moderatè eos gubernavit, quos in primordiis regni ſui immodicis vectigalibus oppreſſerat, ob id Malus cognominatus. Cùm anno 1386. infirmus lecto decumberet ad calefactionem membrorum linteo, quod vino aduſto intinctum erat, involutus & inſutus fuit, cui dum candelam ut filum abrumpatur, propius admoverent, negligentia miniſtrorum flammam concipit, qua per totum corpus ſerpente Rex penitus uſtulatur, & prodigioſo quodam modo vitam finiit 1386. 1. Ian. æt. 54. m. 4. d. 22. cùm regnaſſet annos 36. m. 2. d. 25.

Carolus III. cognom. Nobilis, literarum amator & religionis obſervantiſſimus natus 1361. duxit 1379. Leonoram, Henrici II. Caſtellæ R. f. ex qua genuit duos filios, Carolum & Ludovicum immaturâ morte ſublatos, & ſex filias. Johannam, nuptam Iohanni Comiti Foxenſi. Mariam & Margaretam, quæ virgines obierunt. Blancam, de qua mox. Beatricem duxit Iacobus Borbonius, qui ſe Siciliæ Regem ſcripſit. Iſabellam, quæ cum dicto Iohanni Aragonio pacta eſſet, nupta fuit Iohanni IV. Bernhardi II. Com. Armagniaci filio, unde nati Iohannes V. & Carolus Comites Armagniaci, Maria Alenzonica, Leonora Principi Arauſionenſi nupta, & Iſabella, quæ innupta obiit. Ex Catharina Liſſaraſſu concubina ſuſcepit Lancelottum Patriarcham Alexandriæ, Epiſcopum Pampelonenſem 1420. defunctum. Godofredum Comitem de Cortez Mareſchallum Navarræ, & Iohannam, nuptam 1. Enniconi d'Ortis & d'Eſtunigæ, pòſt Ludovico Belmontio, Com. Lerino. Obiit Carolus 1425. 8. Sept. ætat. 64. cùm regnaſſet an. 39. menſ. 9. d. 7. Blanca patri ſucceſſit. Hanc deſponderat vivens Martino Siciliæ regi, Aragoniæ Principi, quo defuncto nupta eſt Iohanni, Ferdinandi I. Aragoniæ Regis ſecundogenito 1420.

Henricus II. Rex Caſtellæ, Iohanna Iohannis Emmanuelis de la Cerda f.

Iohannes I. Rex Caſtellæ.
1. Leonora Petri Aragoniæ Regis filia.
2. Beatrix Ferdinandi R. Portugall. f.

Henricus IV. Ferdinandus Rex Aragoniæ.

Iohannes Dux de Pegnafiel in Caſtilia.

Leonora nupta Carolo Regi Navarræ.

Blanca.

Ambo coronati Pampelonæ 1429. die feſto Pentecoſtes. Hoc matrimonio nat. Carolus. Blanca, Henrico IV. Regi Caſtellæ deſponſata, ab eodem propter ſterilitatem repudiata, ob quod repudium mœrore confecta obiit, & Leonora.

Carolus bonarum literarum & diſciplinarum ſtudioſiſſimus, omnium Principum, quos ea ætas tulerat, ſapientiſſimus, meliore fortunâ digniſſimus fuit. Cùm enim omnibus ſe probaret, patrem tamen habuit infeſtum, qui eum, naturali affectu ſepoſito, durius tractavit, non aliam ob cauſam, quam quod regnum Navarræ hereditario jure matris & pactorum initorum ſibi debitum poſt pubertatis annos à patre poſtularet; hoc aſſerente, dum viveret, Navarræ Regem ſe intitulari & gubernare debere. Inſignia Caroli fuere duo canes unum rodentes os, per os Navarram, per canes Reges Caſtellæ & Aragoniæ ſignificans, uterque enim Navarram affectabat. Tamen ubi canes illi ſimul in unum os coaluerunt, os cum carne malis artibus legitimis heredibus ereptum, ſucceſſoribus paulò poſt reliquerunt. Carolus ex Agnete Adolphi I. Ducis Cliviæ filia nullos habuit liberos, ex humanis non ſine ſuſpicione veneni à noverca Iohanna propinati deceſſit 1461. 23. Sept. Tranſtulit ex Græco in Caſtellanam linguam Ethica Ariſtotelis, & ſcripſit Compendium de Regum Navarræ vitis ad patrem Johannem uſque.

LEONORA, mortuo fratre Carolo, Princeps Navarræ effecta, nupſit Gaſtoni V. Comiti Foxenſi, Bearniæ, Bigorræ. Mortuo deinde patre Johanne, qui regnum detinebat, conſenſu ordinum Navarræ in regno ſucceſſit anno 1479. quo ille diem ſuum obiit 19. Ian. ætatis 81. m. 7. d. 20. cùm novem annos vidua manſiſſet. Suſcepit ex marito Gaſtone (defuncto 1470. 23. Nov. letali vulnere Liburniæ in ludis equeſtribus accepto) novem liberos in ſchemate notatos. Habuit quoque quatuor neptes Reginas, Catharinam Navarræ, Annam Caroli VIII. pòſt Ludovici XII. Galliæ regum uxorem, Annam Ungariæ & Bohemiæ R. Ladislai, & Germanam Ferdinandi Catholici uxores. E vita migravit Leonora eodem, quo pater, anno, ſcil. 1479. 12. Febr. cùm regnaſſet dies 24.

Gaſtonus VI. Princeps Navarræ, Com. Foxenſis, Bearniæ, Bigorræ ac Viennæ. Ex uxore Magdalena Caroli VII. Galliæ R. f. procreavit Franciſcum Phœbum, qui poſt aviæ paternæ Leonoræ obitum, Rex Navarræ proclamatur 1479. & Pompeiopoli coronatur 1482. moritur in oppido Pallentij (Pau) 30. Ian. 1483. cùm regnaſſet annos 3. m. 11. d. 17. & Catharinam, quæ fratri ſucceſſit, & regnum cum provinciis Johanni Albreto in dotem attulit. Albreta autem gens per totam Aquitaniam celeberrima Bigerrionis Comites inter autores ſuæ familiæ numerat, quos à Garſia Ximenio primo Suprarborum Rege deſcendiſſe notum eſt, à quo con-

tinuata per maſculos ſerie dictus Johannes Albretanus hoc matrimonio regnum ad gentem ſuam, per tot annos ſceptris excluſam, reduxit. Hic quod in Gallia natus eſſet, & Regis propinquus, & propter magna, quæ in regno poſſidebat feuda, ejuſdem vaſallus, rogatus à Ludovico XII. maturè coactis in ſuo regno peditum equitumque copiis, tantum in Galliæ fines adduxit exerçitum, ut regnum ſuum viris propè nudatum ac deſtitutum relinqueret. Quâ re cognitâ Iulius Pont. M. cum Ferdinando Hiſpaniæ Rege per internuncios egit, ut copias compararet, & regis Navarræ abſentis ditionem invaderet, promittens, ſe illum proſcripturum, illiuſque regnum ei pro præmio addicturum. Ferdinandus primariam primùm urbem Pompeiopolim, tum dein maximam regni partem occupat. Aliquantò poſt Rex Galliæ non ignorans Seniorem ſuo Vaſallo periculum illius eventus præſtare oportere, exercitum ſuum ad recuperandam Pompeiopolim mittit, ſed fruſtra. Johannis Albretani filius Henricus poſt obitum matris Rex Navarræ 1517. uxorem duxit Margaretam, filiam Caroli Valeſij, Comitis Engoliſmenſis, Franciſci I. Galliæ R. ſororem, viduam Caroli Ducis Alenzonij, ex qua ſuſcepit Iohannam unicam filiam. Anno 1521. 20. Maji, exercitu comparato in Galliis Pompeiopolim recuperat, & regni ſui fines à Caſtellanorum tyrannide liberat, poſt annos 8. m. 9. d. 26. quam Ferdinandus illud legitimo poſſeſſori eripuerat; proximo tamen menſe Iunio, incuria & temeritate Ducum regio denuo amiſſa fuit. Patet igitur non alia de cauſa, Navarrum regno ſuo ſpoliatum fuiſſe, quam quia Regi Galliæ propinquo ſuo, Seniori ſuo, à Papa Iulio excommunicato, proſcripto, hæretico & ſchiſmatico pronuntiato debitum ſubſidium adduxerat. Obiit Henricus 1549.

Johanna unica Henrici filia, ultima Albretanorum, heres regni Navarræ & aliarum ditionum, in regno ſucceſſit. Matrimonio juncta Antonio Borbonio Duci Vindocimenſi, qui anno 1562. ad Rothomagum occubuit. Regina verò Iohanna, mulier ultra fidem & ſexum laboris patiens, quæ virilibus curis muliebrem molliciem & alia vitia exuerat, in apparatu nuptiarum filij Henrici cum Margareta Henrici II. Galliæ R. filia, ex veneno chirothecis olentibus occulto 1572. obiit, relictis dicto Henrico & filia Catharina.

REGES ANGLIÆ.

Britannia circa annum 810. Anglia dicta fuit ab Anglis, qui cum Saxonibus à Britannis, qui cùm ſuum nomen in patria retinere non potuerunt, alienæ terræ intulerunt, in auxilium contra Scotos & Pictos vocati, cùm defraudarentur ſtipendiis ſuis, incolas ejecerunt, & de ſuo nomine regno nomen impoſuerunt. Regnarunt in ea perpetua ſerie ultra mille annos reges, ita ut dignitas per ſucceſſionem acquiſita, tanquam jus hereditarium ad eum, qui proximè ſanguine regem attigerit, deferretur. Demortui ſtatim in ſolium, non aliter quam in cunas rex gius quantumvis infans transfertur. Hâc quaſi immortalitate quadam regnandi jactitant ferè leges, *REGEM Angliæ nunquam intermori.*

Eduardus S. cùm prole careret, regni heredem conſtituit amitinum Walſingham. ſuum Gulielmum, Roberti Normanniæ Ducis filium, & ad eum miſit pag. 435. Haraldum præcipuum Comitum regni, ut ei de ſua corona fidelitatem faceret. Hic mortuo Eduardo rege regnum invaſit. At Wilhelmus in Angliam trajiciens Haraldum in prœlio occidit, & rex factus coronatus

H 2 que

one 8. Cal. Ian. 1067. ſtatum regni in melius transformavit, nſus ut plurimum conſilio & operâ Lanfranci, Archiepiſcopi Cantuarienſis, viri divinarum humanarumq; ſcientia peritiſſimi, conſiliis & gubernatione rerum prudentiſſimi. Ex Mathilda Balduini pij Flandriæ Comitis filia plures ſuſcepit liberos, inter quos terras ſuas diviſit. Roberto primogenito Normanniam, Wilhelmo Angliæ regnum, Henricq theſauros ſuos attribuens. Cùm præfuiſſet Anglorum genti annis xx. menſ. 10. d. 27. Ducatui ann. 52. obiit ſexagenarius 1087.

Wilhelmus ejus filius Lanfranci potiſſimùm conſilio & autoritate Rex factus, poſt hujus mortem degeneravit in feritatem & tyrannidem, Lanfranco ſubſtituit S. Anshelmum, quem poſtea in exilium pepulit, quod theſauros Eccleſiæ ſibi tradere recuſaret. Ipſe in venatione à Gwaltero Tirel ſagitta percuſſus occubuit. 1100. regni xiii. Henricus ejus frater ſuccedens in regno S. Anshelmum revocavit, cùm frater major natu, in Palæſtinam Gothfridum, Ducem Bullionæum, comitatus abeſſet; qui reverſus bellum Henrico Regi inferens, captus annis ſedecim in Wallia ad mortem uſque detentus fuit, frater verò Normanniam Regno Angliæ conjunxit 1108. Ex uxore, Mathilde cogn. Bona, Milcolumbi [al. Malcomi, Malcolini,] Scotiæ Regis filia genuit filium Wilhelmum, qui ex Normannia in Angliam trajiciens, illiſa navi ſcopulo, naufragio periit. Filia Mathildis vix quinquennis ab Henrico V. Imperatore in conjugem acquiſita, ab Archiepiſcopo Colonienſe Moguntiæ in Reginam conſecrata, tempeſtivo nuptiarum tempore ducta, mortuo Imperatore, nupſit Gotfrido Comiti Andegavenſi Fulconis filio, quo matrimonio natus eſt Henricus. Quod ubi percepit Rex Henricus, convocatis regni Proceribus filiam ſuam ejuſque heredes ſibi ſubſtituit ſucceſſores, & cùm regnaſſet annis xxxv. m. 4. deceſſit.

Stephanus Boloniæ Comes auditâ morte Henrici avunculi ſui transfretavit in Angliam, & conſecratur in regem. Hunc oppugnat Mathildis, & captum carceri mancipat, qui inde liberatus viciſſim Mathildin obſidet, & tandem pace factâ hujus filium Henricum arrogat. Interea Henricus apud avunculum ſuum Davidem Scotiæ Regem educatus fuit. Tandem poſt varia bella Stephanus Rex mortuo unico filio ſuo, Euſtachio, ei & in eum omne jus & poteſtatem transfert, ſibi, quoad viveret, ſola dignitatis regiæ imagine reſervata, utque pax uberior vigeret in Anglia, mille centum & quindecim munitiones de novo extructæ ſolo æquatæ ſunt. 1153. quo etiam anno 25. Octobr. obiit Stephanus intruſor dictus.

Henricus duxerat anno præcedente Leonoram filiam & heredem Guilielmi Aquitaniæ Ducis, dimiſſam à Ludovico VII. Franciæ Rege, coronatur in Regem 1154. 15. Cal. Ian. Bellum geſſit cum Wilhelmo Scotorum rege, in quem velut in ſumma pace ad Alnevicum obequitantem, cùm ſexaginta plus minus equitibus impetum facit, eumque cepit, & in Normanniam, aſſervandum miſit, qui tandem traditis xv. obſidibus & quatuor arcibus permiſſus eſt redire ad ſuos. In Gallia Pictones & Aquitanos, propter Eleonoram uxorem, ſibi vindicavit, unde origo perpetui belli inter utramque gentem. Has ſuas felicitates conſpurcavit cæde Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis: quamvis ſint, qui regem excuſent, ipſe tamen ad ejus tumulum cum lachrymis & gemitibus, nudus pedes, toto corpore proſtratus miſericordiam & veniam precatus eſt, ab Epiſcopis tum præſentibus abſolutionem petit, & ſe diſciplinæ ſupponens, virgis cæſus eſt à ſingulis religioſis, quorum multi convenerant, ternos ictus vel quinos excipiens. Hiberniam in poteſtatem ſuam redegit, Northumbriam à Stephano Scotorum Regi conceſſam, recuperavit, Ducatum Andega-

degavenſem fratri ſuo Gotfrido extorſit. Plures habuit liberos ex uxore Leonora. Henricus primogenitus in ſocietatem regni à patre vocatus coronatur 1171. ducta 1173. Margareta Ludovici VII. Galliæ regis f. à ſocero adjutus regnum patri eripere conatus eſt. Henricus cùm Margaretam, Ludovici VII. Galliæ R. filiam, diu adamaſſet, illique eſſet in Britanniam ad conjugem miſſa, pater forma captus & amoris impatiens, deſtinatæ nurui ſtuprum attulit, filio res in Scotia gerente. Puella in primo congreſſu juveni, quid accidiſſet, patefaciente, is Injuriâ commotus, ob. 1183. cùm regnaſſet cum patre annis IX. vixiſſet 28. ſeptimanas 14. dies ſex. Ejus vidua nupſit Belæ III. Ungariæ & Dalmatiæ regi, & obiit 1197. Richardus ſecundogenitus patri ſucceſſit. Gotfridus ductâ Conſtantiâ Conani Britanniæ Ducis filia & herede, ob. ante patrem, relicto filio Arturo Duce Britanniæ, Com. Andeg. & Turoniceuſi, Rothomagi deſuncto 1203. Johannes ſucceſſit in regno fratri Richardo. Filiam Mathildin duxit Henricus Leo Dux Saxoniæ. Henricus autem Angliæ Regum florentiſſimus & potentiſſimus ob. 1189. quod ſæpe in ore haberet, *univerſum orbem uni non ſufficere Principi*, talem ſortitus eſt tumuli inſcriptionem:

Sufficit hic tumulus, cui non ſuffecerat orbis,
Res brevis eſt ampla, cui fuit ampla brevis.

Richardus I. ſuccedit patri, rejecta & in Galliam remiſſa Adela Ludovici VII. filia 1178. ſibi deſponſata, uxorem duxit Berengariam Sanctij VII. Navarræ R. filiam, cum valida manu in Palæſtinam profectus, Cypri regnum in poteſtatem redegit, capto ejus domino Curſac dicto, deprecante, ne ferreis detineretur in vinculis; itaque argenteis eum vinculis fecit arctari. Saladinum ad Aconem vicit. Ioppen oppugnans, urbe fortè egreſſus cum paucis familiaribus & falconibus ſuis, fatigatus in loco quodam ſub dio obdormivit, ubi ſubitò à Turcis circumventus, ſummo vitæ periculo ereptus fuit à quodam Guilielmo de Pratellis, qui ſe regem eſſe ſimulavit, & captivum abduci ſivit, pro quo redimendo Rex x. nobiliores Turcas captos dimiſit. Cùm in Syria nuntium accepiſſet fratrem Iohannem conſilia de regno ambiendo agitare, pactis cum Saladino induciis, claſſem reduxit, & orta in Adriatico mari tempeſtate in Illyricum ejectus, pedeſtri itinere occultè per Germaniam ire cogitans, à Leopoldo Auſtriæ Duce Viennæ, ob injuriam in expugnatione Ptolemaidos illatam, captus, & Henrico VI. Cæſari miſſus, poſt duodeviginti menſ. ingenti lytro (centum millia marcarum argenti,) ſoluto dimiſſus eſt. In obſidione Caluceæ cum inermis circumiret, baliſtæ jaculo letaliter vulneratus, obiit ætatis anno 42. cùm regnaſſet annis 9. totidem menſibus, ſexque diebus.

Johannes ultimus filiorum Henrici II. Regis non modo jure propinquitatis, ſed & ex teſtamento fratris regnum Angliæ obtinuit. Amiſit Normanniam à Philippo Auguſto Rege Galliæ occupatam. Subditorum ſuorum odia in ſe variis modis provocavit, Ita ut evocato rege Galliæ Philippo Auguſto, ejus filio ut regi obſequium promitterent. Ab Innocentio III. Pont. M. excommunicatus, regnum Angliæ & Hiberniæ in remiſſionem peccatorum ſuorum, totiusque generis ſui in mille marcis, ſcil. pro Anglia ſeptingentis, pro Hibernia trecentis, In perpetuum conſtituit cenſuale. Ludovicus Galliæ Regis filius trajiciens in Angliam, Londini in Eccleſia S. Pauli civium homagium ſuſcepit, poſt etiam Procerum partibus ſuis adhærentium. Johannes verò valido collecto exercitu, cum eo prœlio decertare ſibi proponens, in ipſo belli apparatu morbo correptus, paucos poſt dies obiit 1216. 14. Cal. Nov. cùm regnaſſet annis XVII. menſ. 5. d. decem. Ex Iſabella unica Engoliſmenſis Comitis filia

ſuſcepit Henricum III. Richardum Comitem Cornubiæ, (qui poſt Wilhelmum Hollandum Imperator electus fuit) Leonoram Guilielmi Comitis Gloceſtriæ uxorem, Iſabellam nuptam 1235. Friderico II. Imp. & Johannam Alexandri Scotiæ Regis conjugem.

Henricus III. poſt patrem defunctum anno ætatis x. ſublimatus in regem coronatur 1216. anno ſequente certamine conſerto cum Ludovico victor evaſit, & hic renuncians regno Angliæ, præſtito juramento, quod adepto regno paterno, omnia per patrem Regibus Angliæ injuſtè ablata reſtituturus ſit, liber in Gallias remeavit, ſed patre anno 1223. mortuo, ejus cepta contra regem Angliæ continuavit. Tranſfretans in Galliam 1259. recuperaturus Normanniam cum reliquis terris ſibi & patri ablatis, omnia amiſit, & Regi Franciæ reſignavit, trecenta ſibi millia pactus Turonenſium librarum. Et exinde literarum ſuarum abbreviavit titulum, ut nec Ducem Normanniæ, nec Comitem Andegaviæ ſe deinceps vocaret. In Apuliæ occupationem octingenta millia marcarum effudit. Ex Leonora uxore reliquit Eduardum ſucceſſorem, & Edmundum Comitem Lancaſtriæ, hinc ortam habuerunt duæ nobiliſſimæ familiæ Eboracenſis, quæ albam, & Lancaſtriæ, quæ rubram roſam inſigne habuit, quarum familiarum factio ita exarſit in bellis civilibus, ut non amplius ſemeſtri ſpacio quam ter amiſſum & recupatum regnum fuerit. Edmundo ex Blanca Roberti Arteſiæ Comitis filia nati Thomas, Henricus & Iohannes, & filia Maria. Thomas Comes Lancaſtriæ ægrè ferens, regni libertatem Pontificis libidini ſubjici, patri Pontificis partes tuenti bellum intulit, ſed captus capite pœnas luit. Henricus Comes Monumutæ. Iohannes in Gallia vixit. Obiit Henricus Rex 20. Nov. 1272. Ejus frater Richardus, Comes Cornubiæ Imperator electus poſt Wilhelmum Hollandum Aquiſgrani coronatus, brevem fecit in Imperio moram: effuſa ingenti pecuniæ vi, quæ octies centena millia, centum & quinquaginta millia marcarum exceſſerunt, in Angliam profectus eſt: & Principes Imperij ejus vilitate apud ſuos cognita, revocare eum ſpreverunt ad Cæſaream dignitatem, qui vix in patria Comitis tueretur, ob. 1271.

Eduardus primogenitus Henrici III. mortuo patre abſens in Syria, (ubi ad Ptolemaidem tria periculoſa vulnera accepit) à Proceribus regni Rex declaratus eſt. Cùm in Sicilia de filij & patris morte nuncium ſimul accepiſſet, & hujus quàm illius mortem ægrius tuliſſet, cauſam requiſitus reſpondit: *Iacturam filiorum facilem, cùm quotidiè multiplicentur, parentum irremediabilem, quod nequeant reſtaurari.* Coronatus eſt Londini 1274. cum uxore Leonora, quam cùm eſſet xv. annorum duxerat 1254. Iudæos ex regno ejecit. Varia bella geſſit cum Gallis & Scotis, Hi videntes, ſe non poſſe Eduardo reſiſtere, ſe & regnum Scotiæ ejus voluntati ſubjecerunt. Ex Scotia in Angliam rediens lapidem, quo Reges Scotorum tempore coronationis ſolebant uti pro throno, ſecum tranſtulit in Angliam ad Weſtmonaſterium, ubi etiamnum viſitur. Bella hæc Eduardi, hujuſque Patris contra Scotos cepta ad trecentos annos durârunt, & odium inter has gentes capitale & hereditarium factum eſt. Obiit Eduardus 6. Iul. 1307. cùm vixiſſet annis 68. diebus 20. regnaſſet an. 34. m. 7. d. 21. Ex uxore prima ſuſcepit filios Iohannem, Henricum, Alphonſum defunctum 1284. Eduardum ſucceſſorem. Eleonoram nuptam Guilielmo de Bares. Iohannam de Acres, quæ nupſit Gilberto de Clare Comiti Gloceſtriæ. Margaretam copulatam Iohanni Duci Brabantiæ. Mariam Monialem. Elisabetham Comitis Hollandiæ uxorem. Ex ſecunda uxore duos habuit filios, Thomam de Brotherdon, Edmundum, natum 1301 & filiam Margaretam. Rex fuit victorioſus. Totam Angliam de manu Simonis de Montfort & adhærentium acquiſivit, Walliam de

manu

manu Leodini. Aquitaniam Regi Galliæ extorſit, Scotiam ſæpius ſubjugavit, ſed ea capta per Robertum le Brus, ipſe in lecto fatali decumbens, juſſit corpus ſuum ibi inhumatum remanere, & deferri in exercitu, donec tota Scotia eſſet ſubjugata.

Poſt ejus mortem ſuſcepit regnum filius Eduardus, qui ſuapte natura ad levitatem propenſus à Petro de Gaveſton (militis cujuſdam alienigenæ filio, homine improbiſſimo) planè corruptus fuit. Hunc Comitem Cornubiæ fecit, & regnum gubernandum ei commiſit, cùm tenderet in Galliam ad nuptias celebrandas cum Iſabella, filia Philippi Pulchri Galliæ Regis; quæ Boloniæ in præſentia dicti Regis, & aliorum trium Regum, Romanorum, Navarræ & Siciliæ, celebratæ fuerunt. Reverſus cum uxore in regnum, Petro quoque uxorem dedit Gloverniæ Comitis ſororem, & omnibus aliis Proceribus antetulit, qui capto conſilio Petrum in exilium agunt, inde reverſum ceperunt & obtruncârunt. Eduardus uno ſcelerum magiſtro orbatus, duos alios ſibi adlegit, Hugones Spenceros, patrem & filium, quorum conſiliis cùm regeretur, Principes à rege alienati ipſius armis oppreſſi ſunt. Scotia amiſſa, & Anglia miſerrimè afflicta. Iſabella regina cum filio bannita, cùm nec in Gallia ſatis tuta eſſet, in Hannoniam fugit, ubi contraxit ſponſalia inter filium & ejuſdem Comitis filiam Philippam, & comparata claſſe comitata multis illuſtribus viris in Angliam venit, & armis regem proſecuti, capiunt. Spencerum utrumque equorum caudis tractum ſuſpendunt. Rex in vincula conjectus, à cuſtodibus inhumaniter habitus, proſtratus, & ſub oſtio ponderoſo detentus, dum tortores imponerent cornu in ano ſuo, & per foramen immitterent ignitum veru in viſcera ſua, ne videl. veſtigia adultionis in cute apparerent. 1327. tandem dum ventrem purgat, ignito veru per clunes transfixus eſt. [De cujus meritis, an inter ſanctos connumerandus ſit, frequens in vulgo fuit diſceptatio.]

Eduardus III. optimus peſſimi patris filius, bellator inſignis & felix, pacem cum Scotis fecit. Mortuo Philippo, Legatos in Galliam miſit, qui peterent regnum, quod ad ſe pertineret nepotem Philippi ex filia: cùm Ordines denegarent, bellum denunciat, quod acerrimè geſſit, non ipſe modo, ſed & ejus poſteri. Gallos bis cruento prœlio, ad Cluſium marinmo, ad Creſſiacum terreſtri, vicit, & in hoc quidem flos nobilitatis Gallicæ cecidit. Poſt prœlium inventi fuerunt, præter Iohannem Regem Bohemiæ, qui, quamvis cœcus, tamen pugnavit, occiſi XI. Principes, 80. Barones, mille ducenti Eqq. militum plus minus XXX. millia: mox obſedit & per annum expugnavit Caletum 1347. in cujus obſidione dum occupatus eſſet, ejus uxor Philippa Davidem R. Scotiæ cum XL. millibus in Angliam venientem, quamvis numero multò inferior, vicit, & cum plurimis magnatibus cepit. Anno 1348. inſtituit Ordinem Periſcelidis ſeu Garterij, cauſa inſtituendi hæc vulgo habetur. Deciderat fortuitò Comitiſſæ Saliſberienſi in chorea periſcelis ſive faſcia, quam de terra ſuſtulit Eduardus; nonnullis heroibus id videntibus ac ridentibus, Comitiſſa dixit: *Honny ſoit, qui mal y penſe*, quibus verbis omne genus opprobrij & dedecoris imprecabatur, qui malitioſas ſuſpiciones apud ſe foverent. Rex verò brevi tempore futurum, ut ejuſmodi cingulo etiam ab illis ſummus haberetur honor, nec multò poſt hunc ordinem inſtituit, ac ad eum addidit titulum, quo teſtaretur, ipſos heroes contra, quam putent, de ſe judicium feciſſe. Congreſſus 1356. ad Burdigalam cum Iohanne Galliæ Rege, eundem cum Phillippo filio cepit, & captum in Angliam deduxit. Titulum & Inſignia regum Galliæ primus uſurpavit, & ad poſteros tranſmiſit. Quadriennio poſt pacem fecit. Sed anno 1360 inſtaurato bello infelix fuit, & infortunia multa infeſta & incommoda

ſucce-

ſuccreverunt, & meretricula Alicia Pterrs famam ejus minuit; cùm quinquaginta & uno ferè anno regnaſſet, 21. Iunij diem extremum clauſit; cùm per totam vitam bellicoſiſſimus, de cunctis congreſſibus terra marique ſemper triumphali gloriâ victoriam reportaſſet. Ejus ſoror Iohanna Davidi Scotorum Regi nupta, qui ab Anglis x. annis captus fuerat.

Filius Eduardus Princeps Walliæ cepit Johannem Galliæ Regem in *Pictonibus*, & x. menſibus ante patrem obiit. Hujus frater Leonellus, natus 1338, 29. Nov. per Eliſabetham uxorem Dux Clarentiæ. Alter frater Iohannes, natus 1340. ex Blanca Henrici Lancaſtriæ Ducis filia; ſuſcepit Henricum IV. poſtea Regem. Edmundus Comes Cantabrigiæ & Eboracenſis opem tulit Iohanni Luſitaniæ Regi contra Luſitanum, anno 1387.

Richardus Eduardi Walliæ Principis, viri magnæ virtutis & fortunæ degener filius, ignavia & ſocordia cum ſocero Wenceslao Imp. certavit. Cum tyrannide in ſuos ſæviret, ob Henrico Lancaſtriæ Duce & Proceribus regni depoſitus in cuſtodia voluntaria ſemet extinxit inedia, 1400. cùm vixiſſet ann. 22. Succedit ei dictus Lancaſtriæ Dux Henricus Eduardi III. ex filio Iohanne nepos, quem Richardus omni hereditate paterna ſpoliaverat, & in exilium egerat: ab Ordinibus revocatus, perpetuis ſuorum ſeditionibus exagitatus, ob. 20. Mart. 1413. cùm regnaſſet annis XIII. & dimidio præter v. dies. Eodem anno 9. Apr. Henricus filius eidem ſurrogatur, honeſtatis modeſtiæ ac gravitatis ſtudioſiſſimus, Gallos ad Dagincurtum ingenti prœlio vicit 1415. in quo ceciderunt tres Duces cum quinque comitibus & Conneſtabili Franciæ, aliiſque magnatibus penè c. de armigeris 4069. occubuerunt, vulgi numerus non fuit initus, capti ibid. Dux Aurelianus & Borbonius, Comes d' En & Vindocimenſis, Arturus Com. Richmundiæ & alij ſeptingenti. Ex parte Regis ceciderunt Eduardus Dux Eboraci, Comes Suffolciæ, 4. equites, unus armiger, & de communibus militibus XXVIII. Cadomum & Rothomagum in Normannia recepit 1419. fœderatus Philippo Burgundiæ Duci paternam cædem ulciſcenti, ut ſuprà dictum, conſtituitur Rex Gall. excluſo Delphino 1420. cum regnaſſet annis IX. ob. in Gallia 1423. Ex uxore Catharina Caroli VI. Galli filia ſuſcepit Henricum VI. quæ poſtea Oveno Tyderio Cambro-Britanno infimi generis homini, qui veſtimentorum reginæ curam habere ſolebat, [Polidorus Virgilius ſutoris, alij pannorum recens tinctorum præparatoris, alij cereviſiarij filium *ſcribunt*,] clam & inſciis Ordinibus regni nupſit, qui quod ſanguinem ſuum cum Regina miſcere auſus fuiſſet, ſecuri percuſſus fuit 1437.

Henricus VI. infans regnare cepit ſub tutore patruo ſuo Humfredo Duce Glorceſtriæ, rex Angliæ & Franciæ coronatus Lutetiæ 1418. Hic adultior factus ſpretâ nobilitate novos homines extulit, quorum de conſilio uxor, virilis animi fœmina, cuncta adminiſtravit, mariti patruum Regentem Galliæ & Gubernatorem Angliæ ſuſtulit. Gallis interea totam Normanniam anno XXX. poſtquam à patre recepta fuerat 1451. & Aquitaniam, quæ ante annos CCC. in Henrici II. Angliæ R. poteſtatem venerat, recipientibus, quæ res contemptum Regis apud ſuos auxit, qui neque ignaviam Regis, neque reginæ ſuperbiam diutius ferendam cenſentes ſeditionem moverunt. Tres erant Richardi, capita conjurationis contra regem. Richardus Dux Eboracenſis, Ricoardus Comes Saliſberiæ, hujuſque filius Richardus Comes Warwicenſis. Ex altera parte, Dux Somerſetius cum aliis, Regis & Reginæ partes defenderunt. Signis collatis Rex vincitur, ejuſque exercitus penè totus deletur: iterato prœlio menſ. Ian. 1460. rex captus Londinum ducitur, & in eo x. M. hominum occumbunt. Reparatus per Reginam invicti animi fœminam exercitus

vincit, quæ Londinum movens liberat maritum menſ. Martio, in quo prœlio interficitur caput conjurationis Richardus Eboracenſis, cujus filius Eduardus de integro bellum inſtaurat; decertatur utrinque de rerum ſumma, in quo certamine xx. m. tradunt deſiderata, & rex victus cum Regina & filio in Scotiam fugit. Eduardus victor ope Richardi Warwici regno potitur. At hic per Ludovicum Regem Galliæ mutatus fit capitalis hoſtis Eduardi, & omnia in Anglia turbat, cumque eo Georgius Clarentiæ Dux frater Eduardi. Verùm Warwicus cum factione ſua regno pulſus, in Galliam profectus auxilium à Rege Ludovico petit, quo obtento in Angliam pergit, Eduardum pellit, Henricum carcere, in quo per x. annos captivus detinebatur, liberat. Eduardus arrepto navigio ad ſororium ſuum Carolum Burgundiæ Ducem confugit, à quo claſſem cum milite obtinuit, & in Angliam menſ. Martio rediit, ubi ſtatim Georgius frater, deſerto Warwico, magnis viribus ei ſe conjunxit. Ingreſſus Londinum, Henricum regno exutum, iterum in carcerem conjecit. Warwicenſem Comitem, cum xxx. millibus inſtructum, commiſſo prœlio vicit, & cum fratre Iohanne Montiſacuti Marchione cepit, & occidit, altero fratre Georgio Archiepiſcopo Eboracenſi capto 14. Apr. 1461. Subſequente 4. Maji denuo prœlio decertatum, in quo victa & capta Regina cum filio Eduardo Walliæ Principe: hic coram Rege à fratribus ejus Clarentio & Glocestrio interfectus: hæc precio redempta rediit ad patrem Renatum Lotharingiæ Ducem. Maritus Henricus, ultimus Lancaſtriæ familiæ, Londini in cuſtodia animi mœrore, vel ut alij, Gloceſtrij, gladio periit, 23. Maji, 1471. Lutetiæ duobus regnis inauguratus, unctus & coronatus, jam utroque exutus miſerè moritur. Expreſſum pietatis & patientiæ exemplum, ita ut Henricus VII. à Pont. Max. petierit eum in numerum Sanctorum referri, quod tamen intermiſſum, quod nimis magnam pecuniæ vim exigeret, & Rex detrectaret. Eduardus qui regnum intra xi. dies per Warvvicum occupatum amiſit, intra xx. alios dies recuperavit, fratrem Georgium ob ſuſpicionem & rumorem affectati regni in carcere dolio vini Cretici immerſum, ſuffocavit. 1480. Triennio poſt menſe Aprili deceſſit, relicto filiis tutore Richardo fratre. Hic primò Gubernatoris titulo contentus, duobus menſibus Angliæ præfuit, deinde magnâ parte Nobilitatis & plebis variis artibus conciliata, menſe Iunio proximo regium nomen & inſignia uſurpavit, tyrannidis fundamenta ab Eduardo IV. jacta immaniſſimè exercuit; nam & Eduardum V. ejuſque fratrem crudeliter interfecit, & ad leniendam patrati ſceleris invidiam, horum ſororem regiæ ſtirpis unicam heredem in matrimonium ducere voluit; at Henricus VII. annis ferè xv. in Gallia exul in regnum revocatus, Richardum à ſuis deſtitutum acie occidit pr. Cal. Nov. 1485.

Henrici V. vidua nupta Ovino Tyndero, ut ſupra dictum, progenuit Edmundum, à fratre uterino Henrico VI. Comitem de Richemond factum, qui in uxorem duxit Iohannis I. Ducis Somerſeti, Marchionis Dorceſtriæ filiam & heredem, quæ duo Collegia Cantabrigiæ pro ſtudioſis pauperibus erexit, annuis reditibus dotata. His parentibus natus eſt Henricus VII. Lancaſtrius præter omnem expectationem rex ſalutatus & coronatus 1485. Ut regnum ſuum confirmaret, & ſuam cum Eboracenſi extirpatis factionibus unam eandemque familiam faceret, Eliſabetham Eduardi IV. Regis filiam uxorem duxit, ac ne quid poſthac inclinatis ad defectionem animis eorum, qui maſculam Eduardi progeniem regnare cupiebant (quorum jam conatus ſemel atque iterum poſt adeptum regnum in ſe expertus fuerat) latius jam inde ſerperet, Eduardum Warvvicenſem Georgij Clarentiæ Ducis filium puerili ætate, maximâ totius populi commiſeratione è medio tollendum curavit, [humanitatem vincente

periculo, quod non aliter regius animus metu exolvi aut faventis populi ſpes frangi poſſe videretur,] & in Richardo Polo conſobrino ſuo, ſupremi ordinis Equite illuſtri, ſui generis reliquias ſplendidiſſimo Clarentiæ filiæ conjugio nobili & fæcunda utrinque prole auxit, & pacatiſſimum undique regnum poſteris reliquit, ſublatis perniciosiſſimarum factionum nominibus, quæ totis ferè 90. annis infeſtis odiis concurrerant. Hinc illud Jacobi VI. Regis ſymbolum, *Henricus Roſas, regna Iacobus.* Atque illud vulgare:

Vnit utramque roſam Henricus, duo regna Iacobus.
Nicol. Betſius *Regibus hinc laus eſt, gentibus orta ſalus.*

de patt. famil. illuſtr. p. 328. Pacem cum vicinis, inprimis Scotis (quod ferè hæc duo regna ſemper alterum alterius rebus inſidiarentur adverſis) facere ſtuduit. Liberos ex uxore ſuſtulit plures. Arturum primogenitum, Principem Walliæ, qui vix adoleſcentiæ annos ingreſſus, 14. Nov. 1502, Catharinam, Ferdinandi Hiſpaniæ Regis filiam uxorem duxit, & quinto poſt menſe lentâ febri mortuus eſt; Henricum ſucceſſorem; Edmundum ante patrem ſublatum; Margaretam 8. Aug. 1504. Jacobo IV. Scotorum regi, poſt Archibaldo Duglaſſio elocatam; Mariam Ludovico XII. Galliæ R. 8 Oct. 1514. deinde Carolo Duci Suffolcio 1517. Henricus tria cœnobia religioſo apparatu extruxit. Xenodochium item in ripa Tameſis ſplendido ſtructuræ ornatu, cui in memoriam Petri Sabaudiæ Principis, qui prima ejus loci fundamenta poſuit, Savoya nomen inditum. Defuncto 1509. ſucceſſit

Henric⁹ VIII. Henricus VIII. cognomento Polygamus, Princeps omnibus naturæ donis cumulatiſſimus, in literis ſacriſque ſtudiis ita profecit, ut librum contra Lutherum publicaverit, unde à Pont. M. Defenſor Catholicæ fidei appellatus eſt 1521. Ex ejuſdem diſpenſatione fratris præmortui viduam uxorem duxit, quod matrimonium per xx. annos feliciſſimo eventu, ſuſcepta etiam prole continuatum, importuna ejus inconſtantia abruptum & diſſolutum, improbantibus Pontifice, Thoma Moro regni Cancellario, & Iohanne Fiſchero Epiſcopo Roffenſe, ob id ſecuri percuſſis, approbante Thoma Wolſæo Epiſcopo Eboracenſe. Hic humilibus parentibus ortus primùm Scholæ Grammaticæ in Collegio Oxonienſi magiſter factus, poſteà ſacerdotio ornatus à Marchione Dorceſtriæ, cujus filios Oxonij inſtituerat, poſt Capellanus Henrici VII. Sacellanus, Decanus Lincolnienſis, Henrici VIII. Conſiliarius intimus, Epiſcopus Tornacenſis, Archiepiſcopus Eboracenſis, Legatus à latere, Cardinalis, Magnus Angliæ Cancellarius, Epiſcopus Bathonienſis, Dunelmenſis, Wintonienſis, ad altiſſimum dignitatis ſuæ gradum cùm perveniſſet 1529. & ita in præcipiti ſtaret, ut altius tolli ei non daretur, ſcala nutare cepit, & inter cadendum mortuus eſt, derepente omnibus honoribus & fortunis ſpoliatus, ne lectum quidem, in quo dormiret, niſi mortualitium habuit. Morte ingruente hæc verba protulit: *Si Deum tam diligenter coluiſſem, quàm regem colui, me in cana ſenectute non deſeruiſſet.* obiit 1530. Henricus VIII. autem Annæ Boleniæ à quibuſdam pater & maritus creditus fuit. Franciſcus Brianus homo dicax & ob facetias acceptus Regi, quærenti: *Quale peccatum videretur, matrem primum dein filiam cognoſcere? Tale,* reſpondit: *quale gallinam primùm dein pullum ejus gallinaceum comedere.* Porrò Henricus Pontificis poteſtatem & juriſdictionem Eccleſiaſticam in Anglia abrogavit, ſeque Eccleſiæ in Anglia ſummum à Chriſto caput dixit, & mutata diſciplina, nihil præterea in doctrina mutavit. Ex Catharina ſuſcepit Mariam uxorem Philippi II. Hiſpaniarum Regis. Illa menſ. Ianuar. 1536. non ſine veneni ſuſpicione mortua, Majo ſequenti ſecundam conjugem duxit Annam Boleniam, Thomæ Bolenij Eq. non verò ipſius

ipſius Henrici Regis filiam, *ut* Sanderus *mentitur*. Zoeſius *ad decretal. tit. de conſangu. & affin. n.* 37. matrem Eliſabethæ reginæ, quam adulterij ſuſpectam unà cnm Georgio fratre & aliis nobilibus ſecuri percuſſit: altero prius die tertiam duxit Ianam Semeriam, quæ Eduardum VI. enixa, duodecimo poſt die moritur. Quartam Annam Clivenſem, poſt 6. menſes conjugij repudiavit. Quintam Catharinam Havardam, Ducis Norfolciæ ex fratre neptem, itid. ob inſimulatam ſuſpicionem adulterij cum Durantio & Culperio nobilibus decollavit. Sextam Catharinam Parcam, Equitis filiam, Wilhelmi Com. Northamtonij ſororem, viduam Iohannis Nebel, & ipſe vidnam poſt ſe reliquit. Habuit & concnbinam Eliſabetham Blontiam, ex qua ſuſcepit Henricum Fitzroy Ducem Somerſetenſem. Exceſtriæ Marchionem, Henricum Montacuti regulum, & Eduardum Nevillium Eq. quod ſuæ impietati minus favere viderentur, nullius interim gravioris criminis compertos necavit. Margaretam Georgij Clarentiæ Ducis f. toto vitæ curſu ſanctiſſimam ſeptuagenatia majorem capitis ſupplicio affecit 1541. 28. Maji. Tandem obſtructo ſuppurantis tibiæ meatu ardentiſſima febri correptus, cùm 57. annum ætatis ageret & 37. annos 9. menſ. 6. d. regnaſſet, moritur 7. Cal. Febr. 1547. Thoma Hawardo, Norfolciæ Duce cum Henrico filio Surrey Comite, paulò ante in carcerem conjectis, Surreyo juvene capite plexo, patre ſene perpetuis carceribus condemnato.

Eduardus VI.

Eduardo VI. ex Iana Semeria ſuſcepto, decimum ætatis annum agenti, Regium nomen delatum, regno per XVI. tutores & gubernatores, quos moriens Henricus conſtituerat adminiſtrato, quorum præcipuus fuit Semeræ frater Eduardus, quem paulò ante Ducem Somerſetenſem creaverat, Regis ac Regni Protector vocatus. Eduardus maximæ expectationis adoleſcens propter raram ad omne genus virtutis indolem & naturâ inditam & doctrinâ excultam, Miſſam & Pontificias ceremonias in regno abrogavit, Eccleſias repnrgavit. Cum morbo premeretur, inſtinctu Ducis Northumbriæ teſtamentũ fecit, quo ſorores exhereditavit, Mariam ut ex illegitimo matrimonio natam, Eliſabetham, quod ex matre impudica, & quæ ob adulterium ſecuri percuſſa eſſet; Ianam Graiam a. Henrici VII. ex Maria proneptem literis Græcis & Latinis, & ſtudiis humanioribus excultam, inſtituit; obiit Eduardus 1553. 4. Iun. eo ipſo die, quo ipſius pater Henricus Thomam Morum ſecuri percuſſerat, quaſi tanti viri nece regij filij morte expiata. Scribunt autores, Regem Eduardum à Iohanne Dudlejo veneno ſublatum, cùm vix ſex annis & ſex menſibus regnaſſet, quo filij ſui uxorem Ianam Graiam in ſolio collocaret; & ea quidem Angliæ Regina voce præconis publicata eſt; ſed intra dies viginti, delato ad Mariam Henrici filiam regno, Iana cum marito & ſocero ſupplicio affecta. Robertum verò ejuſdem cum patre & fratribus conjurationis manifeſtum, publico quidem judicio damnatum, in gratiam recepit, & Eliſabetham in cohortem familiarium admiſſam, ad ſumma quæque provexit. Maria autem fratri ſuccedens Pontificiam religionem reſtituit, abdicatâ priori religione, & eam profitentes edictis & pœnis inſectata, XXX. M. hominum ſemel inſulâ ejecit. In autores divortij Henrici patris cum Maria 1532. facti, ſeverè animadvertit. Thomam Crammerum Archiepiſcopum Cantuarienſem, & Londinenſem Vigernenſemque Epiſcopos vivos cremari fecit, & Crammero Reginaldum Polum Cardinalem, Georgij Clarentiæ Ducis ex filia Margareta nepotem, ſubſtituit. Quadragenaria nupſit Philippo II. Hiſpano, nec adeò venuſta forma erat, ut mariti gratiam aut amorem demereri poſſet. Cùm cunctaretur a. in Angliam venire ante peractam conventionem, aureorum nummûm trecenta millia ei obviam miſit. Inter conditiones quoque fuit, ut nuptiis contractis Phi-

lippus omnium uxoris regnorum & provinciarum titulos ſibi ſumat, ſociuſque in negociorum adminiſtratione ſit, integris regni privilegiis, plena ac liberâ beneficiorum, gratiarum ac functionum diſtributione penes reginam manente; leges, edicta, reſcripta, beneficia, niſi regina jubente, vim nullã haberent. Poſtquam dein Hiſpani in Angliam appulerunt, mille ſupra quingenti cives, religionis ergo in exilium abierunt. Fama it. percrebuerat, Anglos occultis conjurationibus Hiſpanos uno tollere & eodem momento decreviſſe, quod Angliæ dominatum, connubij ac religionis ſpecie affectarent. Nec dubium eſt, quin aut Hiſpanos Angli invaſuri fuerint, aut Hiſpani tyrannidem, niſi Reginæ mors utrorumq; cœptis finem attuliſſet. Bodin. *lib. 6. c. 5. p.* 1162. Deceſſit autem ipſa annorum XLV.

ELISABETHA. Eliſabetha ex Anna Bolenia nata, quod improbaret nuptias ſororis, ab ea incarcerata, poſt è carcere educta, eidem ſurrogata, omnia decreta Henrici VIII. patris contra Pontificem, quæ jam Maria ſoror ejus abrogaverat, innovavit & firmavit, Pij V. anathemate contemto, pro ſummo Capite Eccleſiæ Anglicanæ ſe agnoſci voluit, atq; annatas & decimas ærario ſuo addixit. Femina fuit ſupra ſexum prudens, literis & linguis variis instructa; quæ uno die tribus Legatis, Latinè uni, Gallicè alteri, Italicè tertio reſpondit. Munia publica omnia ipſamet cum majeſtate tractavit, ac obſequium obſervantiamque majorem, quam ullus unquam rex à ſubditis habuit. Sub illa Forbiſſerus, Davis, Dracus, Ralech, Candiſch, navigationes longinquas inſtituerunt, & regna in America acquiſiverunt. Claſſem Hiſpanicam invincibilem dictam [CXXXIV. navium, in quibus 30. amplius millia hominum] diſſipavit an. 1588. Ieſuitas in perpetuum regno exulare juſſit. Hibernos jugum ejus excutere conantes, armis ad obedientiam reduxit. Ejus nuptias varij Principes ambierunt, Ericus electus Rex Sueciæ, Adolphus Dux Holſatiæ, Franciſcus Dux Alenzon. & alij. Verùm ejus animus à nuptiis abhorrens tot procos tantùm deluſit, ut non minus verè, quàm venuſtè Londino ad Parmenſem Principem de illa ſcriberet Bernhardinus Mendoza: *Reginam ſingulis annis ſponſam eſſe, nunquam verò nuptam*. Cùm quadraginta quatuor annos non inglorie regnaſſet, ſine viciſſitudine fortunæ proſperioris, & vixiſſet LXX. ob. 24. Mart. 1603. ſucceſſore deſignato abnepote Margaretæ, Henrici VIII. ſororis, filio Mariæ Scotiæ Reginæ, poſt captivitatem XVIII. annorum capitis ſupplicium paſſæ 18. Febr. 1587 Iacobo VI. Scotiæ Rege, codicillis obſignatis, quos Robertus Cecilius ſibi ab ea concreditos Proceribus in indictis Comitiis de ſucceſſore deliberantibus ut præſentavit, concordibus ſuffragiis illum Regem acclamaverunt.

IACOBUS. Jacobus diadema regni Anglici menſ. Majo 1603. recepit unà cum uxore Anna Danica, & tria regna, Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ primus ante ſe Regum ſolus obtinuit. Sub initium gubernationis detecta in necem novi regis conjuratio, orta ex innato Anglorum contra Scotos odio. Iſtos enim Angli ſibi comparari, imò in familiaritate regis præferri, ægrè ferebant; ſed unius & alterius ſupplicio res fuit ſopita, & ut utriuſque gentis animos invicem alienatos ſociaret Iacobus, Magnæ Britanniæ Rex dici voluit. Ex aliis quoque conſpirationibus & inſidiis prodigioſè evaſit, præſertim Comitum Gaurienſium, & quibus 5. Nov. 1605. indictis Comitiis cum Regina, regiis liberis, & toto Parlamento, pulvere pyrio, ſive fulminali è medio tollendus erat. Hujus immaniſſimæ proditionis conſcius Henricus Garnetus Ieſuitarum in Anglia ſuperior, ultimo ſupplicio Londini affectus eſt, deprecante Legato Hiſpaniæ Regis, & XXX. M. nummorum aureorum Anglicorum pro eo offerente; ſuſpenſus a. is primò, poſt in 4. partes diſſectus, partib' in varia urbis compita expoſitis, capite conto ad pontem Londinenſem infixo. Mox etiam alia conjuratio de-

tecta,

tecta,& in ipſis initiis oppreſſa, fortuna Regis,quam ille benigniorem ſemper experiebatur. Ieſuitas & ſacrificulos omnes è regnis proſcripſit. Princeps fuit, virtutibus imperio digniſſimus, religione, juſtitiâ, clementiâ, doctrinâ,prudentiâ,memoriâ & humanitate exultus. Adoleſcens uſus eſt Georgio Buchanano; Cæterùm à nulla re magis quàm bello alienus. Gladium evaginatum eò uſq; averſabatur per omnem vitam, ut ejuſdem aſpectu tantùm non obſtupeſceret, licet aliâ quâvis occaſione animi magnitudine nulli ceſſerit, in hoc tamen ſeipſum vincere nunquam poterat: idque culpa matris Reginæ terrefactæ à nonnullis Scotiæ magnatibus vi irrumpentibus in conclave, ubi Regina gravida cum primario ſuo miniſtro erat, quem illicò gladio transfodiebant, & Reginæ pedibus objiciebant. Illuſtriſſ. Com. Digbæus *in Theatr. Sympath. pag.* 138. Georgium Ducem Buggingamium ob ſaltandi peritiam primum in aulam, mox penè in ſceptri ſocietatem adſcivit. Ex uxore ſuſcepit Henricum Fridericum anno 1612. 6. Nov. veneno extinctum, Carolum ſucceſſorem, & Eliſabetham Friderico Palatino nuptam. obiit ipſe 1625. 26 Mart. Filio ſuo verſus Virgilii *ex libr. 6. AEneid.* Summam officii regii continentes unicè commendavit :

Tu regere imperio populos Romane memento:
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

Carolus ducta Henrieta Maria Henrici IV. Galliæ R. filia 1. Iul. 1625 Carolus I.
nuptias celebravit, paucos poſt menſes coronatus; at non Regina, quæ miniſterio Archiepiſcopi Cantuarienſis, ritu Eccleſiæ Romanæ contrario, coronari noluit. Carolus pronior & ipſe in Bugginghamium Ducem variis artibus pollentem hominem, quem Iohannes Feltonus, Scotus natione, interfecit, & publico odio jam diu maturam victimam immolavit 1628.

Anno 1638. in regno exortæ ſunt commotiones à diverſitate religionum, quæ cùm in ſuis initiis ſopiri poſſe viderentur, tandem exarſerunt, & regi exitium procurârunt. Carolus enim, ut firmius conſociaret hæc regna, uſitatas in Anglia ceremonias Religionis Reformatæ, in Scotia quoque ſervari & recipi in omnibus Eccleſiis ad hoc editam formulam, *Liturgiam* dictam, volebat; præcipuè quinque articulos: *De genuflexione in Sacra Cœna, de celebratione certorum feſtorum ultra Dominicos dies, de Baptiſmo privato, de uſu privato Sacra Cœna, de Confirmatione Anglicana.* Tum etiam Epiſcopis bona ſua reddi, eorumque judicio ac poteſtate Eccleſias Synodoſque moderari voluit. Sed tragico, ut conſtat, exitu.

REGES SCOTIÆ.

Fergoſius diu & varia fortuna cum Severo Cæſare dimicavit, primusq; Fergosius.
è Scotis regibus Chriſtianæ religionis ſacra ſuſcepit, & ab eo mille amplius & ſeptingentis annis, ex incorrupta annalium memoria centum & octo reges ad Iacobum VI. numerantur, ex quibus tres & quinquaginta, aut bellicâ vi, aut Procerum inſidiis crudeliter interempti referuntur.
Anno 1370. regnavit Robertus II. qui ex Euſemia Hugonis Comitis Ro- Robertus II.
ſſiæ filia ternos liberos genuit, Walterum Ierniæ, & Davidem Atholiæ Comites, & Euſemiam, Iacobo Duglaſſio nuptam. Suſceperat adoleſcens ex Eliſabetha Adami Mori illuſtris Equitis filia, tres filios & duas filias, eamque Gifardo cuidam nobili curaverat collocandam. Sed ſub unum idemque tempus Euſemia Regina & Gifardo defunctis, Rex ut filios, quos

ex Mora genuerat legitimos faceret, eam matrimonio ſibi junxit, & filios divitiis & honoribus auxit: Iohannem natu maximum Carictæ, Robertum Taichiæ, Alexandrum Buchaniæ Comites fecit, & ab ordinibus comitiis indictis obtinuit, ut præteritis Euſemiæ liberis, in rege creando gradus ætatis obſervarentur; obiit 1390. 19. Apr. cùm vixiſſet annis 74. regnaſſet. 19. ac dies 24.

ROBERTUS III. Succeſſit ei filius natu maximus Iohannes, 13. Auguſti eod. anno, qui cum ad eum uſque diem Iohannes vocatus fuiſſet, de Ordinum ſententia Robertus eſt appellatus, ob duorum Robertorum prædeceſſorum in pace & bello virtutem & felicitatem, tum propter duorum regum Angliæ & Franciæ, quibus Iohannis nomen fuerat, calamitatem. Vir quam Rex melior; Alterum filiorum Davidem patrui diſciplinæ commendavit, qui eum carceri mancipavit, eumque omni humano auxilio deſtituere-tur, fame ad fœdiſſimas res proprioſque digitos devorandos compulſus, miſerabili fato periit, 1402. Hâc patrui crudelitate audirâ, declinandis inſidiis, alterum filiorum Iacobum I. in Franciam ablegavit ad Carolum VI. Regem, veterem ſocium, & Scotici nominis amicum: at hic ab Anglis interceptus, & à rege retentus fuit; in captum tamen liberaliter & regiè eſt conſultum, literis n. & honeſta diſciplina eum inſtituendum R. curavit; quam filij calamitatem ubi pater intellexit, tantâ doloris vi fuit oppreſſus ut penè inter manus adſtantium expirârit; tertio poſt die inediâ & mœrore extinctus eſt, anno ab inito regno decimo ſexto 1. Apr. 1406.

IACOBUS I. Jacobus in Anglia uxorem duxit Iohannam Comitis Somerleti filiam; poſt XVIII. captivitatis annum dimiſſus, in Scotiam eſt reverſus anno 1423. regnum feliciter gubernavit, multas leges in publicum utiles tulit, latrocinia cohibuit, pondera & menſuras correxit, & plurimas de hac minima re leges fecit, Scholas omnium ordinum Seminarium liberalitate & favore proſecutus, doctores præmiis illexit. Tandem initio anni 1437. rex longè optimus à ſceleratiſſimis latronibus morte crudeliſſimâ affectus, 28. plagis confoſſus, trucidatus fuit; XIV. conjurati a intra quadrageſimum diem ad unum omnes pœnas luerunt: principes novo & exquiſito genere ſupplicij affecti, reliqui laqueo ſuffocati ſunt. Waltheri Atholiæ Comitis, nefandi facinoris perpetrandi autoris ſupplicium in triduum diviſum fuit. Primo die corona ferrea candens ei impoſita eſt, hâc de cauſâ, quod aliquando ex maleficis mulieribus acceperit, in maxima celebritate regem coronatum iri; ideò additum elogium, *Proditorum omnium Rex.* Poſtridie ſuper cratem alligatus, & ad caudam equi per vicum maximum Edimburgi tractus eſt. Tertio die corpore ſuper tabulam extento, in loco conſpicuo, inteſtina viventi extracta, & in ignem conjecta ipſo ſpectante, demum cor evulſum in eoſdem ignes conjectum, caput præſectum conto confixum, in ſpectatiſſimo urbis loco ad ſpectaculum propoſitum, corpus in 4. partes diviſum, in præcipuas regni urbes ſuſpendendum miſſum fuit. Hujus Walteri ex filio nepos Robertus in cruce ſuffocatus & membratim diſſectus eſt. Vixit Iacobus annos 44. re-

IACOBUS II. gnavit 13. Reliquit filium unum, Iacobum II. poſteriorem è geminis, cui faciei dimidium velut ſanguine ſuffuſum rubebat. Hic vix dum ſeptimum ingreſſus annum regnum iniit, bellis domeſticis & exteris per totam vitam vexatus, in oppugnatione arcis Rosburgi cum bombardis ferreis muri quaterentur, propius accedens, una è machinis, violentia ignis internè furentis, excuſſo cuneo ligneo eum in terram dejectum exanimat. Regina ejus uxor mortem celat, ne hoſtis ferocior efficeretur, & animi militum oppugnantium dejicerentur, filiumque Regis ſeptennem in caſtra adduci jubet. Hic in caſtra adductus Rex ſalutatur. Regina vidua malè ſibi imperavit, in adulterio vixit cum Adamo Hepburgenſi,

genſi, quem ad ſtuprum pellexerat, quanquam ex rege plures ſuſceperat liberos. Initio præclaræ indolis & animi verè regij, ſed paulatim in licentiam effuſus totum ſe voluptatibus immerſit. Uxorem duxit Margaretam Chriſtiani I. Daniæ Regis filiam, 1470. 10. Iul. qui omne jus, quod majores ejus, Daniæ reges, in omnes circa Scotiam majores inſulas ſibi arrogârunt, dotis nomine remiſit; alij pignori oppoſitas, dum dos ſolveretur, ſcribunt; ſed poſtea Iacobo nepoti ex filia recens nato Danum omne jus in perpetuum ceſſiſſe. Confirmatâ foris pace, cùm in Nobilitatem ſævire inciperet, hæc filium in prælium armavit, acie ad Sterlinum commiſſa victus, & equi caſu debilitatus in molas aquarias ſe recepit, ubi cum paucis deprehenſus occiſus eſt.

Jacobus IV. ejus filius regnum annis xxv. adminiſtravit, & ſub ejus Iacobus IV.
regimine tam jucunda pax, tanta tranquillitas, tantus omnium frugum & fructuum proventus fuit, ut è ſeculo plus quàm ferreo, verè aureum renatum fuiſſe videretur. Cùm in gratiam Gallorum Anglis bellum intuliſſet, ad Fluidonem fl. amiſſo nobilitatis ſuæ flore & fratre Alexandro Archiepiſcopo S. Andreæ, occubuit, maximum ſui deſiderium poſt ſe relinquens. Inter alias virtutes, quæ in eo ſummæ erant, peritiam habuit ſcientiſſimè tractandi vulnera, quod è vetuſta gentis conſuetudine hauſerat, & hæc peritia Scotorum nobilitati, ut hominibus in armis aſſiduè viventibus, fuerat priſcis temporibus communis. Erat in adeundo facilis, in jure dicendo æquus, in ſuppliciis expetendis moderatus, adverſus malevolorum ſermones & amicorum admonitiones tanta animi altitudo ex optimæ conſcientiæ tranquillitate & ſuæ innocentiæ fiducia enata, ut non tantùm non excandeſceret, ſed nec aſperiore verbo unquam uteretur. Antequam in bellum proficiſceretur, teſtamento diſpoſuit, ut uxor Margareta, quam diu cœlebs maneret, regno & ſummæ rerum præeſſet; id præter morem proprium, & primum imperij muliebris exemplum fuit. Sed diuturnus ei non fuit hic honor, nam ante veris exitum nubendo Archibaldo Duglaſſio Comiti Anguſiæ, adoleſcenti genere & formâ Scotiæ juventutis primario, ſua ſe ſponte exuit imperio, & ad regimen rerum Scoticarum vocatus eſt Dux Albinius
genitus Alexandro Iacobi III. Regis fratre 1515. Iacobus verò quintus, bi- Iacobus V.
mus rex declaratur 6. Cal. Mart. 1513. regni adminiſtrationem ſuſcipit, 1524. Latronum per regnum acerrimus perſecutor, ita ut ſæpè equo hieme aſperrimâ inſidens diem noctemque continuârit, quo inopinantes domi deprehenderet, illaque celeritate tantum ſui metum incuſſit, ut velut eo ſemper præſente à maleficiis ſe continerent. Tandem vigiliis & inedia vires corporis labefactantibus, animo curis obruto, in ætatis flore intra paucos dies moritur 13. Dec. 1542. Mortem ejus nobilitatis magna pars non adeò ægrè tulit, quod alios exilio multaret, alios cuſtodiis coerceret, alij Anglo hoſti ſe dedere, quàm ejus iræ ſe committere maluerunt. Reliquit ex ſecunda uxore Lotharinga filiam 7. dies ante mortem natam Mariam, quæ ſexennis deducta fuit in Galliam, ubi in Pontificia religione enutrita Catholiciſmo impenſius favit, eumque poſtea in Scotia reſtituere ſategit. Anno 1558. 19. Apr. nupſit Franciſco Franciæ Delphino, poſtea regi. Viduata viro 26. Dec. 1560. ſummis in deliciis & voluptatibus vixit, viceſimum ætatis annum vix ingreſſa, elegantiſſima ingenij & corporis forma nulli ſecunda, in Scotiam rediit, & 1564. 29. Iul. nupſit Henrico Stuarto amitæ filio, eumque publicâ præconis voce Regem pronunciat, mox eo contempto in diplomatis ſuum nomen Regis præpoſuit, quod Davidem Rizium nobilem Sabaudum, terræ filium, muſicum Italum amaſium ſuum occidi curaſſet, venenum miſcuit; inde cùm ægrotus langueret, ſubmiſſi percuſſores eum nocte alto ſomno ſolutum ſtrangu-

lârunt 1567. Bona defuncti, arma, equos, veſtes, regina paternis inimicis aut interfectoribus diviſir. Unam ex veſtibus, cùm opifex Iacobo Herburno Bothvelio, ad corporis modum adaptaret, auſus eſt dicere, hic ſe jus & morem patrium libenter agnoſcere, cùm ſpolia defuncti cederent carnifici.

Poſt eidem Regicidæ, qui duas uxores adhuc vivas habebat, & tertiam inſigni turpitudine, proprium faſſus adulterium dimiſerat, palam nupſit: Proceres itaq; arma adverſus hunc & Reginam capiunt, eamq; pactione deditam ejurare regnum, & filio infanti ex rege Henrico ſuſcepto tradere coegerunt. Parricida regius profugus pirata factus in Orcades primùm, poſt in Daniam aufugit, ubi in arctiſſima vincula Dracholmij truſus, accuſatus ab amicis nobilis cujuſdam virginis Norvvegicæ, quam ante plures annos pacto matrimonio violatam alia ſuperinducta deſeruerat, poſt x. annos ad ſordes aliaſque miſerias accedente amentia, vita flagitiosè acta, dignum habuit exitum. Botvelio profugo regina in arcem Levini lacus captiva deducitur, ex qua virilem veſtem induta in Angliam fugit, ubi ob conjurationem in cuſtodiam miſſa, perduellionis damnata, gemino ſecuris ictu capite truncata eſt 18, Febr. 1587. Feminarum Principum formoſiſſima, & ideò à multis in matrimonium, præſertim à Cæſare pro filio Carolo Archiduce, à Philippo pro Carolo Hiſpaniæ Principe petita. Cùm adhuc in Gallia moraretur Henricus Monmorancius perditè eam deperibat, & in Scotiam revertentem comitatus eam fuerat ad fines uſque Galliæ. Diſcedens unum ex Nobilibus ſuis reliquit, qui amores ſuos apud illam promoveret. At ille alienos amores ſuos fecit, & venuſtatis ſuæ fiduciâ fretus, eò temeritatis provectus eſt, ut ſub lecto, in quo illa dormiebat, ſe abdiderit, commodum noctis operiens, ubi à famulis deprehenſus, ipſius juſſu ſecuri percuſſus eſt.

IACOBUS VI. Succeſſit ei Jacobus filius ejus nominis ſextus, Henrico Stuarto natus, princeps non minus literis decoratus, quàm bellicâ virtute armatus, utrumque belli & pacis tempus dextrè gubernavit. duo potentiſſima Scotiæ & Angliæ regna uno imperio contraxit, & Magnam Britanniam vocari juſſit. Sub eo Coloniæ Anglorum in partibus Americæ, præſertim in Virginia auſpiciis Eliſabethæ Reginæ detecta, ſumptibus Waltheri Raleigh Equeſtris Ordinis viri anno 1585. ad juſtæ Reipubl. ſpeciem excreverunt. E vita deceſſit non ſine ſuſpicione veneni 13. Apr. 1625. eo felix quod non vidit imminentium calamitatum inſanda, quæ in parricidio Caroli filij tota Europa exhorruit.

CAROLUS. Carolus quo firmius conſociaret tria hæc regna ceremonias religionis In Anglia uſitatas, in Scotia quoque recipi & ſervari voluit, ſcopo quidem laudabili, ut tres finitimæ nationes unius Regis ſuo imperio, uno pariter conformi Dei cultu conjungerentur, eventu tamen peſſimo. His enim regiis decretis Puritani (tam Pontificiæ quàm Auguſtanæ & reformatæ religioni inſenſi) perfractè reclamârunt: & cùm ad eorum obſervationem à magiſtratu ad hoc inſtituto, *Alta Commiſſio* dicto, inſtar Hiſpanicæ Inquiſitionis, ſeverioribus pœnis adigerentur, authore Alexandro Lesle conſpiratione factâ anno 1638. fœdus inierunt, pro mutua religionis & libertatum ſuarum defenſione, oppoſueruntque Liturgiæ Anglicanæ contrariam rituum ſacrorum normam ſub titulo: *Harmonia Confeſſionum*, ut in omnibus Eccleſiis haberetur, & Epiſcopi ejicerentur; & quamvis Rex illam Liturgiam ſuſtulerit, & omnes libertates illis confirmârit, non potuerunt tamen revocari ad officium, quin magis invaluerunt diſſidia & ſuſpiciones, quod Rex filiam Mariam Wilhelmo Principi Arauſionenſi 1641. menſ. Apr. deſponſarat, & m. Martio anni ſequentis mater Regina eam in Hollandiam deduxerat: Parlamentarij arbitrati eâ affinitate

& di-

& diſceſſu Reginæ cum ſponſa, non niſi auxilia externa conquiri, quibus Rex eos opprimeret; ita & ipſi arma arripuerunt, atque in dies major tumultus & rerum confuſio ſuccreſcebat, & totius Inſulæ populi, alij pro Rege, alij pro Parlamento invicem decertare non deſtiterunt, donec Rex inteſtina hæc diſſidia ſanguine ſuo finivit. Cùm Præſes Parlamenti capitalem ſententiam protuliſſet, à ſexaginta ſeptem judicibus comprobatam, milites regem abripiunt, ludunt, venerandos vultus ſaliva conſpurcant, Nicotianæ nidorem, quem Regi gravem eſſe norant, in os reddunt, nutu vel pileo prætereuntem ſalutantes, fuſtibus mulctant, imò quendam paullò humaniorem, & illud (miſereatur Deus) ingemiſcentem, exanimant. Tandem optimus Rex generoſas cervices larvato carnifici amputandas trunco impoſuit, quod repente factum eſt uno ictu; nec ſatis fuit in vivum ſævîiſſe: Spoliant inimici percuſſum corpus, cruore manus abluunt, baculos intingunt, truncum in ſegmenta diſciſſum, & arenam ſanguine imbutam licitantur, capillos etiam venum exponunt. Ab Epiſcopo Londinenſi diu cuſtodia detento, chartas, quas Rex ei tradiderat, abripiunt, omniaque rimantur, ne quid chartæ regiâ manu exaratæ in vulgus emanaret; prodiit tamen meditationum ſive Soliloquiorum Regiorum aureus liber. Hujus mortis rumore per Angliam ſparſo, mulieres abortum pati, in palmum, lipothymiam & melancholiam viri mulierciſque incidere, imò quidam repentinâ conſternatione exſpirare, ſuggeſtum concionatorium paſſim gemitibus perſonare, iiſdem vano luctu virtutem ſublatam proſequentibus, quibus dum vixit propter opinionis diſſenſum in regimine Eccleſiaſtico parum gratus erat.

Princeps fuit dignus imperio ſi non imperaſſet, cui ſi quid objici poſſit, fuit id non eximij Principis vitium aliquod, ſed corruptiſſimi ſeculi, & alieno tempore intempeſtiva & noxia virtus, nimia apud ſævos lenitas, apud prava ingenia candor, rigidumque honeſtum vix regibus conceſſum, & verecundia ſuis diffiſa viribus. Eo ſublato Angli forma regni mutata in liberam Rempublicam conſenſerunt, cujus Protector per annos ... fuit Oliverius Cronvvell.

REGES DANIÆ.

Anno 1340. regnavit in Dania Waldemarus IV. cujus gloriam obſcuravit inſatiabilis avaritia & tyrannis adverſus nobilitatem, quam ob cauſam multas pertulit rebelliones, & cùm Pont. Max. interdictum & excommunicationem illi minitaretur, fertur in hæc verba reſpondiſſe: *Notum tibi facimus, vitam nos habere à DEO, Nobilitatem à parentibus, regnum à ſubditis, fidem verò ab Eccleſia Romana, quam ſi nobis invides remittimus per præſentes. Vale.* Ex uxore Helvvige Waldemari Ducis Sleſvvicenſis filia ſuſtulit Chriſtophorum cæſum in prœlio 1359. adverſus civitates Hanſeaticas maritimas, Margaretam Haquino Norvvegiæ Regi nuptam, & Ingelburgin, quæ nupſit Henrico Duci Mekelburgico. WALDEMAR.

VValdemarus ob. 1375.

Margareta uxor Hacquini Regis Norvvegiæ. † 1412

Olaus IV. ob. puer 1387.

Chriſtophorus occiſ. 1359.

Ingelburgis, nupta Henrico Duci Meckelnburgico.

Maria uxor VVartislai VII. Ducis Pomeraniæ.

Catharina nupta Iohanni Com. Pal. Duc. Bav.

Chriſtophorus Dux Bavariæ Com. Palat. Rex Daniæ.

Ericus Dux Pomeraniæ adoptatus à Margareta.

MARGARETA. Margareta regnante patre nupſit Hacquino filio Magni Smeg regis Sueciæ & Norvvegiæ, cui unicum filium genuit Olaum 1341. qui fermè ignotâ morte periiſſe dicitur, accepto regno 1384. (Chyt. 1387.) Defuncto patre Regina Daniæ facta eſt, quam totis XXXVII. prudenter & feliciter gubernavit. Bellum à marito adverſus Albertum Regem Sueciæ cœptum, glorioſè perfecit, cumque 1388. in prœlio unà cum filio Erico Duce cepit, ubi contemptum, & ludibria in hoſtem emiſſa, in ſe authorem recidere ſenſit, dum Regina abſque Braccis, ut appellata erat, Regem Braccatum in acie cæſum & comprehenſum, ex campo in carcerem egit, & ſic expertus eſt caput non Braccas imperare. Ferunt quidam, cùm in conſpectum Reginæ adductus fuiſſet, ejus forma captum, etiam concubitum expetiviſſe, Reginam pedibus ac manibus ligatam in lecto ſuo deponi juſſiſſe; Et in Daniam ductum, VII. annis in captivitate detinuit, & Sueciam coronæ Daniæ conjunxit. Albertus nobilium in Ducatu Meckelnburgico virginum & fœminarum mobilibus, aliiſque ornamentis aureis in publicum collatis redemptus fuit; pro quo beneficio illis poſtea privilegium ex æquo cum maſculis in feuda ſuccedendi datum eſt. Regina in novos ſubditos initio benignior, paulatim mutavit: in tributis exigendis immodica: certos nummos prò ſingulis jumentorum caudis, pro quolibet foco & conjugio imperavit. Cùm orbata eſſet poſteritatis ſpe, vocatum ad ſe Ericum ſororis Ingelburgis nepotem ex Pomerania, in Regem eligendum curavit 1396. quatuordecim circiter annorum, qui II. Cal. Auguſti ſolenni ritu electus & coronatus eſt. Eodem anno Calmariæ communi Procerum conſilio & aſſenſu de unione trium regnorum, Sueciæ, Daniæ & Norvvegiæ actum, quam fœderationem concordiæ inteſtinæ firmamentum & adverſus exterorum vim præſidium fore judicabant. Sed hæc confœderatio diuturna non fuit. Ictum enim fœdus erat hâc lege, *ut in electione Regum alternis vicibus ſuffragia ferrent, & quomodo in electione Erici Dania primum habuerat ſuffragium, mox poſt hujus diſceſſum in electione Chriſtophori itidem primum uſurparunt ſuffragium*; quâ arrogantiâ offenſi Sueci, ſtatim ſibi elegerunt proprium Regem Carolum Canuti Regni Mareſchallum. Obiit Margareta anno 1412. fœmina potentiâ, fortunâ, victoriis, divitiis ac prudentiâ glorioſa, ut fortunatiſſimos viros videatur non ſolum æquaſſe, verum etiam longè ſuperaſſe, ita ut patris ſui de ea olim dictum confirmârit, deerraſſe in ea naturam, fœminamque produxiſſe, cùm virum deſtinaſſet.

Ericus Dux Pomeraniæ adoptione Margaretæ, Procerumque conſenſu Rex Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ factus, Henricum Königsmar-

kum

kium præ ceteris in aulæ & negotiorum publicorum conſortium admiſit, eius conſiliis per omnia ductus. Erga omnes iniquus, Suecis tamen quàm Danis erat iniquior. Margareta illi inſtillaverat, Suecia te nutriet, Norvvegia te veſtiet, Dania te defendet: Sueciæ & Norvvegiæ fructibus ſudoribus & ſervitute Daniæ regnum extollere, & ſe tueri ſatagebat. Cum inuſitatis ſuppliciorum formis ſæviit in viros, fœminas inſtar jumentorum aratro junxit, nuptarum & innuptarum pudicitiam promiſcuè violavit, multos fortunis ſuis ſpoliatos ad incitas redegit. Tandem Engelberti Dalecarli Succos in libertatem vindicantis, & conſpiratione ſolenni omnium Procerum regni publicam libertatem aſſerentium conſternatus, in Gotlandiam (unde poſtea ſæpius piraticam exercens infeſtabat Succos) & Rugenvvaldiam in Pomeraniam ſuam fugit, compilatis regni theſauris ac comitatus unicâ concubinâ, cui nomen Cæcilia, multorum malorum incentrice & conſultrice, cùm regnaſſet XLII. annos & XX. adhuc privatus in otio & quiete vixit, obiit 1459. ex Philippa Henrici IV. Angliæ Regis filia nullos ſuſcepit liberos.

Chriſtophorus Erici ex ſorore nepos, Palatinus Rheni, ac Bavariæ Dux, Rex dictus eſt Daniæ, Scandinaviæ, Gothiæ, Scandiæ, Sueciæ, Norvvegiæ, Finniæ. Rex erat Danis acceptus, Suecis autem inviſus, quibus tamen ad mortem uſque dominatus eſt, in eoſque mirum in modum ſævìit, ut miſeri coloni ad cibi penuriam redacti, cortice ex arboribus in farinæ ſimilitudinem ſubacto vitam ægrè tolerârint, unde Rex corticeus cognominatus fuit. Lubecenſibus erat infenſus, dolebatq; illam civitatem à Danis olim exſtructam, Danorum Regibus ſubjectam, ſe in libertatem vindicaſſe; ad eam ergo debellandam, collegit ab univerſo regno magnam pecuniarum vim: unde offenſi Aquilonares luti, excitata gravi ſeditione rebellare tentantes, à rege victi ſunt, & graviter mulctati. Neglecta Turcorum Imperatoris filia, occaſione Legationis ad eum oblatâ, duxit Dorotheam Iohannis Marchionis Brandenburg. filiam, & cenſum, quem nuptiarum nomine Suecis imperârat, & alios regni theſauros ac proventus aſportare è regno conatus contra fidem datam, naufragio facto, omnia perdidit, nulliſque liberis ſuſceptis ſubito morbo correptus, obiit anno regni ſui ſeptimo, Domini 1447. CHRISTOPHORUS.

Chriſtophoro defuncto Senatores regni Adolphum, Ducem Sleſvvici, Holſatiæ Comitem, ad Imperium vocant, qui ſenium prætendens regnum recuſavit, utque id in ſororis ſuæ Hedvvigis & Theodorici Comitis Oldenburgenſis filium Chriſtianum à ſe educatum transferrent effecit: Senatores ergo & Proceres Daniæ & Norvvegiæ regnum unà cum Regina Dorothea eidem detulerunt, eo poriſſimùm conſilio, ut hâc ratione bella & diſſenſiones inter reges Daniæ, & Holſatiæ Comites ſopirentur, & Ducatus Sleſvvicenſis, qui morte Adolphi, ad ſororis ejus filium Chriſtianum proventurus erat, Daniæ conjungeretur & colligaretur. Cum ergo Dani contra decretum unionis, non habitis communibus Comitiis, nec conſenſu Succorum requiſito hunc regem elegiſſent, Sueci quoque ex ſuo corpore Regni Mareſchallum, militem opibus præſtantem elegerunt Carolum Canuti; poſt tempus aliquod, cùm hic ob tyrannidem omnibus inviſus, collectis theſauris clam regno exceſſiſſet, Chriſtianum vocârunt, & regem inaugurârunt 1457. Chriſtianus autem ducta regina vidua regnum ſibi firmavit, & opprobrium Daniæ abolevit, quæ ſterilitatis incommodo percuſſa, intra LX. annos nullum regni heredem vidit. Mortuo ſine prole Adolpho Duce Sleſvvicenſi, Comite Holſatiæ, Ducatus Coronæ Daniæ fuit conſolidatus. De Comitatu Holſatiæ, qui hereditario jure ad Ottonem III. Comitem Schauenburgicum ſpectabat, magna fuit quæſtio & controverſia, quæ tandem diremta ADOLPHUS.

 1460.

1460. dum Otto acceptis 43000. aureorum Rhenenſium millibus juri ſuo renuntiavit, approbantibus filiis quorum octo habebat, excepto Iohanne nono; atque ita Comitatus Holſatiæ, ob quem multum ſanguinis fuſum, ut à Corona Daniæ ſegregaretur, eidem conjunctus fuit. Eodem anno Hamburgi homagium recepit, ac jurisjurandi gratiam civibus fecit Rex moderatiſſimus, permittens veterem urbis probatamque diu conſuetudinem. Imperium Suecorum initio benè adminiſtravit, ſed in progreſſu gravibus tributis eos oneravit, regni opes undecunque poterat, corraſit, & theſauros à Rege Carolo Fratribus Prædicatoribus cuſtodiendos commiſſos, in Daniam aſportavit, magnamque ejus partem Comiti Schanenburgico pro Comitatu Holſatiæ ſolvit. Sueci, quod opibus impleri non poſſet, Bulgam fundo carentem appellârunt, & ſeditione adverſus illum motâ, Carolum Gedano, ubi VII. annis in exilio vixerat, revocârunt 1464. Hinc varia bella ſecuta. Poſtquam filio ſuo Iohanni uxorem accepit Chriſtinam, Erneſti Elect. Sax. Marchionis Miſniæ filiam, urbem Romam religionis causâ viſitavit, in itinere ad Fridericum Imp. declinavit, qui ejus poſtulatis annuens, Comitatum Holſatiæ & Stormariæ junctâ ditione Ditmarſiæ in Ducatum erexit. Hafniæ quoq; Academia fundata ab eodem. Ex uxore Dorothea ſuſcepit præter Margaretam Iacobi III. Scotiæ Regis uxorem, Iohannem & Fridericum; illi regna, huic Ducatus aſſignavit. Cùm regnaſſet annis XXXIII. deceſſit anno 1481.

IOHANNES I. Johannes I. ejus nominis regnare cœpit ſtatim ab obitu patris; bellum meditanti adverſus Stenonem Sturum Sueciæ gubernatorem, reſtitit mater Dorothea, quamdiu vixit: eâ mortuâ expeditionem contra Suecos ſuſcepit, qui quoque certis conditionibus eum receperunt; quas cùm tardius impleret, Steno Stur regni gubernator ei ſe oppoſuit, ſed tandem & ipſe Regem agnovit, qui coronâ regni ſolennibus auſpiciis Stocholmiæ inſignitus fuit, ut & Chriſtina ejus uxor 1499. Quo anno tertio die Pentecoſtes ejuſdem regni Proceres Chriſtiernum Iohannis Regis filium, Regem Sueciæ patri ſucceſſurum elegerunt; inde in Ditmarſos obedientiam Holſatiæ Ducibus præſtare detrectantes movens, horrendam cladem ab illis accepit, amiſſo flore nobilitatis Danicæ & Holſaticæ, duobus item Comitibus Oldenburgicis, Adolpho, & Ottone, Gerhardi filiis, quorum cadavera in ſepulchris majorum condenda cùm peterentur, facies autem amplius dignoſci non poſſent, omnes ſine diſcrimine, ut in acie occubuerunt, commune fatum habuerunt, à volucribus & canibus dilacerati. Mox arma in Suecos denuò rebelles, ad illos edomandos, & ad juga reducendos movit: ſed poſt aliquot levia prœlia irritas copias reduxit. Sueci autem Reginam in contumeliam Regis in libera cuſtodia detinuerunt, & poſt biennium dimiſerunt; eam Steno Stur officii cauſa ad fines regni proſecutus, à Daniæ limite Ienecopiam reverſus ſubitâ morte deceſſit 1503. Id. Decembr. In Norvvegos verò Suecorum inſtinctu rebellionem oſtendentes Chriſtiernus Regis filius profectus, naſcentem flammam in ſui primordio extinxit. Obiit Rex Iohannes Oleburgi menſ. Febr. 1513. Princeps regiis virtutum laude conſpicuus, nec minus Suecis quàm Danis acceptus fuiſſet, ſi regni Legum in indigenis potius quàm exteris ornandis obſervantior fuiſſet.

CHRISTIERNUS. Chriſtiernus ejus filius antequam naſceretur, dum mater enitebatur, intra uterum ejus flere auditus eſt; recens natus alteram manuum diſtentam, alteram in pugnum adſtrictam extulit, quam ubi obſtetrix explicavit, cruore plenam deprehendit. Ex florentiſſimo regno poſt patrem accepto reliquit tam calamitoſum, ut nunquam fuerit calamitoſius. Sueciæ regnum adeptus, & Rex coronatus, Proceres triduano convivio excepit

cepit, & quarto die 94. interfici juſſit, quin & Stenonis Stur gubernatoris regni cadaver effoſſum morſu appetiiſſe traditur. Guſtavi I. matrem & ſororem Hafniæ in carcerem conjecit, & fame enecavit. Inde in Daniam ſe recipiens, reliquit poſt ſe quendam Theodorum, qui ex tonſore Legatus ad Pontificem, dein Epiſcopus Lundenſis, & mox Scatenſis, poſt Prorex Sueciæ factus, dum ex obſcuro ad tantam dignitatem elatus, ſuperbè & crudeliter ageret, tandem regno ejectus, ctus, Hafniæ ad ignem damnatus & exuſtus eſt. In quamcunque venit urbem, furcam erigi juſſit, conſilio Nicolai Holſtenij, qui Sudercopiæ patibulo à ſe erecto affixus eſt. Fructus autem horum ſenſit in defectione Suecorum, qui regem ſibi creârunt Guſtavum, Erici Iohannis à Chriſtierno decollati filium. Cùm & in Danos ſæviret, regno dejectus, cujus rei Status Regni publico ſcripto rationem reddiderunt; cum uxore Eliſabetha in Belgium fugit. Hanc cùm Ordines, obedientiam tanquam Reginæ offerentes, revocarent, maluit marito exilij ſocia eſſe, quàm ſine marito regnare. Reverſus poſt decennium cum exercitu in regnum ſpe ejus recuperandi Chriſtiernus, captus eſt, detentuſque in captivitate uſque ad mortem, quam Culenburgij oppetiit 1559. 25. Ian. cùm vixiſſet annos LXXVII. Ex Eliſabetha Caroli V. ſorore ſuſcepit Iohannem, qui apud avunculum educatus, obiit in Hungaria ipſo illo die, quo pater in mari captus fuit. Dorothea ejus filia nupſit Friderico Pio Electori, Com. Palatino, Chriſtina verò Francisco Sforciæ Mantuæ Duci, & hoc mortuo, Franciſco Duci Lotharingiæ 1541. Hinc factum quod Daniæ Proceres, ſi quando in offenſam regis ſui inciderunt, velut ad aſylum in Lotharingiam ſe recipiant. Habuit & concubinam Columbulam vivente uxore, Sigbrittæ infamis vetulæ filiam, quæ multorum malorum & bellorum anſam præbuit. *De qua vid.* Meurſ. *lib.3.hiſt.Dan.*

Fridericus Chriſtiani I. filius, Dux Sleſvvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, Wagriæ & Ditmarſiæ teſtamento patris conſtitutus, cùm eſſet puer eum amiſit novem annorum. In conventu Kilonienſi Iohannes Rex frater, abolito patris teſtamento, cum ipſo has regiones leoninâ æqualitate diviſit; quo acquievit quidem Fridericus quamdiu frater vixit, ſed Chriſtianum ejus filium clandeſtinâ conſpiratione, non tantùm Holſatia, ſed & regno utroque exuit, & in ejus locum à Senatu & Proceribus rex electus 1522. die 17. Aug. coronatus fuit. Doctrinam Eccleſiæ à B. Luthero repurgatam publicè in templis proponi mandavit 1524. regnavit magnâ cum laude annos x. Uxores habuit duas, prima fuit Anna Iohannis Electoris Brandenburgici filia, ex qua ſuſcepit Chriſtianum III. ſucceſſorem, & Dorotheam, Alberto Pruſſiæ Duci 1525. nuptam. Secunda fuit Sophia Bugiſlai X. Ducis Stetinenſis in Pomerania filia, ex qua genuit tres filios totidemque filias in Tabella notatos. obiit 3. Apr. 1533. ætatis LVI. anno. Fridericus.

Chriſtianus III. princeps pietate, juſtitiâ & prudentiâ maximè conſpicuus, vivente patre Ducatum patrium adminiſtravit; ſedatis in regno Daniæ turbis in Regem à Proceribus electus 1535. protinus conſilia retulit ad conſtituendam Rempubl. coronatus fuit cum uxore Dorothea Magni Inferioris Saxoniæ Ducis filia, à Iohanne Bugenhagio Pomerano 1537. primus Sacra Biblia in linguam Danicam transferri & 1548. typis excudi curavit. Cùm eſſet XVIII. annorum in comitatu avunculi ſui Ioachimi I. Electoris Brandenburgici Wormatiam ad Comitia profectus, in monaſterio Franciſcano monachum ex ſuggeſto tabulis non adeò arctè conglutinatis exſtructo, præſente Carolo V. concionantem die paraſceves audivit, cumque caſu ſub ſuggeſto conſtitiſſet, & monachus geſticulans, nunc erecto in altum nunc inclinato corpore funem, quo cinctus Chriſtianus III.

erat, inter aſſeres ſubinde demitteret, animadvertens id, nodum in fune nexuit: orto exinde ſtrepitu, cùm Cæſar autorem inquiri juſſiſſet, quem Lutheranum aliquem eſſe ſuſpicabatur, cùm adoleſcentem Holſatiæ Principem ita luſiſſe reſciſſet, res tota in riſum verſa eſt. Poſtea Rex Lubecenſes vicit; Ruſticos in Iutia rebelles ſuperavit, Regi, & quem ſibi creaverant, captivo coronam ferream ignitam imponi curavit. obiit 1559. Tres reliquit filios, Fridericum II. ſucceſſorem, Magnum, & Iohannem; inter quos, cum tertia Holſatiæ pars, quam pater Chriſtianus III. poſſiderat, æquali portione dividenda eſſet, Fridericus, ut Magni partem ſibi in Holſatia conſervaret, diœceſes Oſilienſem & Curonienſem in Livonia (paulò ante ab Epiſcopo Iohanne à Münchhauſen aliquot millibus Ioachimicorum emptas) fratri Magno renuntianti ſuo in Holſatia patrimonio tradidit, quibus paulò poſt Revalienſis etiam Diœceſis jus, à Mauritio Wrangel Epiſcopo Revalienſi adjunctum eſt, 1560. Profectus anno 1569. ad Iohannem Baſilidem Magnum Ducem Moſcoviæ, ejuſdem ex fratre neptem Mariam uxorem duxit, qui eum Livoniæ regem declaravit 1570. & inſtructum exercitu ad ſubigendam Livonam miſit; cùm res ad arbitrium tyranni non ſucceſſiſſet, miſerrimè ab eo habitus & verberibus tractatus, ad Poloniæ regem clam auſugit cum uxore, à quo aliquot arces in Curlandia accepit, tandem Piltenij 1583. 18. Martij in locum ſuum abiit, uxor verò in Ruſſiam reverſa monaſterium Tiſinæ ingreſſa eſt.

FRIDERIC' II. Fridericus II. patri ſuccedens coronatus fuit 1559. 20. Aug quo anno Ditmarſos ſpacio menſtruo, auxilio patruelium Iohannis & Adolphi ſubjugavit. Cùm Pius IV. 1561. Concilium Tridentinum inſtauraret, & Legatos ſuos ad Fridericum miſiſſet, hique Lubecæ ſubſiſtentes liberam accedendi & mandata exponendi facultatem petiiſſent, à Rege Reſponſum acceperunt: *Nihil parenti ſuo Chriſtiano, nihil ſibi nuquam cum Pontifice negotij interceſſiſſe, nec proinde mandata, quæ ab eo haberent, cognoſcendi cupidum eſſe.* Cum Erico XIV. & Iohanne III. Sueciæ regibus belligeravit annis VII. Arcem illam nobilem ad fretum Sundicum Cronenburgum, incredibili ſumptu ædificavit, de qua dicere ſolebat, *Nolle ſe eum lapidem in ædificio ſuo tolerare, ſi quem ſubditorum ſuorum nummo comparatum eſſe ſciret.* Hic vectigal ſolvitur, pro ſingulis malis roſeus Anglicus, præter id quod pro mercibus pendendum; quantam inde auri vim colligat Rex, conjici poteſt ex eo, quod interdum uno die ducentas, ſæpe etiam quadringentas, imò & ſexcentas naves onerarias ex variis Europæ tractibus eò conveniſſe, obſervatum ſit. Inchoavit & arcem, quam de ſuo nomine Fridrichburgum vocavit, cui parem haud facilè invenias. Biennio ante mortem regiam Scholam Soræ fundavit. His tantis rebus domi foriſque geſtis Rex heroicâ magnitudine animi, virtute, felicitate, auctoritate excellens, obiit Anderſchoviæ in regia Zeelandiæ arce, annum agens LIV. poſtquam regnum ſummâ prudentià & moderatione annos continuos XXX. adminiſtrâſſet. Symbolum ejus fuit: *IN DEO SOLO SPES MEA, FIDES EST CARO FERINA.*

Trew Iſt Wildpret.

Sola DEO in ſolo mea ſpes & vita recumbit,
Priſca Fides etenim facta ferina caro eſt.

Ex Sophia Meckelnburg. præter Chriſtianum alios quoque reliquit liberos. In Sacro Baptiſmatis filiæ Auguſtæ 1580. 26. Iun. inſtituit ordinem Elephantis, & Principibus præſentibus aureum torquem cum Elephante dependente ex puro auro & gemmis donavit. Princeps humaniſſimis moribus majeſtatem temperavit, & faſtigium auxit; ſæpè amicos, quaſi ſepoſita regis perſona ad ſales & jocos provocavit, monens, laſcivirent ſecum & jucunde ineptirent, dum Rex abeſſet, poſtquam ſatis luſum fuerat, re-

ſumptâ

ſumptâ regiâ gravitate: *Heus amici*, inquit, *mittamus nugas*, REX REDIIT. Scilicet

Publicus hinc ardeſcit amor cum moribus æquis,
Inclinat populo regale modeſtia culmen.

ut inquit Claudianus.

Chriſtianus IV. patri defuncto decennis ſucceſſit (adjunctis illi ex Senatu 4. Conſiliariis penes quos ſumma conſiliorum gubernationis autoritas eſſet, Nicolao Caas Cancellario, Georgio Roſencrantz, Petro Munck Admiralio, & Chriſtophoro Walckendorff Theſaurario.) cui Rudolphus II. Imp. veniam ætatis decimo ſeptimo anno nondum impleto, ob regias dotes & qualitates in eo, per ſolenne decretum indulſit 26. April. 1593. [Hering. *de fidejuſſ. cap. 2. n.* 110.] Coronam regni accepit 29. Aug. 1596. ſummo cum Procerum conſenſu & civium gaudio. Eius in bello fortitudinem Carolus & Guſtavus Adolphus Sueciæ reges experti ſunt. Pace factâ Calmaria Sueco, titulus regni Norvvegici integer Dano relictus eſt. Condidit in Albim civitatem Gluckſtad, & propugnaculis ita munivit, ut cum munitiſſimis certare queat. Condidit & alias urbes, Onmacht, quæ ponte jungitur Hafniæ regni metropoli, Chriſtianopolin, (quam Suecus ſtratagemate cepit, & direptis omnibus ferè totam incendio delevit) 1611. Chriſtianſtadium ad fl. Hellea & Fridrichſœde. Monaſterium Soram in Scholam regiam ſive Panegyrin omnium ſcientiarum & diſciplinarum immutavit, & reditibus maximis dotavit, ſtipendiis ampliſſimis viros clariſſimos, Ioan. Meurſium Lugduno, Chriſt. Heidmannum Helmſtadio, Chriſtianum Matthiam Altorfio, alios aliunde allexit, accerſivit, & doctores linguarum Gallicæ, Italicæ, Hiſpanicæ, præter magiſtros exercitiorum, tum corporis, tum quæ ad honeſtam voluptatem ſpectant. Ex Anna Cathatina March. Brandenb. ſuſcepit Chriſtianum V. ſucceſſorem denominatum 1610. ſed in itinere ad thermas Carolinas mortuum 1647. 4. Iun. Fridericum & ipſum Regem, & Ulricum, qui Suidnicij in Sileſia innocentiſſimè vitam amiſit, ex Inſidiis à Wallenſteinio poſitis à milite globulo è ſclopeto emiſſo ſecundum cor trajectus. [Pet. Carve *itin. part.* 1. *pag.* 85. Habuit & viceconjuges, ex quarum una genuit Chriſtianum Ulricum [natum eodem tempore, cùm ipſi conjunx peperiſſet filium natu minimum Ulricum] dictum von Guldenlewen/ qui Mareſchallus aulæ fuit. Conjuge 29. Mart. 1612. mortuâ, ex Catharina Andreæ ſuſcepit tres filios; quorum unus dictus Hanß Ulricus à Guldenlewen. Ex Chriſtina è nobili familia Munck genuit duos filios, quorum unus Chriſtianus Woldemarus, à Ferdinando II. Comes Holſatiæ factus eſt, & quinque filias. Major natu ....
nupſit Chriſtiano Comiti Pens. Secunda Cornificio Ulefeldt, Viceregi Norvvegiæ. Tertia .... deſponſata erat Chriſtiano Ranzovio Viceregi Daniæ, miſerè in aquis mortuo. Quarta nupſit Hannibali Scheſted, Chriſtiani Woldemari aulæ Magiſtro. Quinta Monialis facta. Habuit & liberos ex alia Domina Wibecken dicta. Circuli Inferioris Saxoniæ Præfectus electus unicè incubuit, motus in Imperio ortos ſedare ac priſtinam Reip. Chriſtianæ pacem & tranquillitatem reſtaurare. Hamelæ in Weſtphalia de vallo in profundam foſſam cum equo prolapſus in ſummo vitæ periculo fuit, quem caſum, ut & naufragium quod fecit, in Angliam navigans ad ſororem Jacobi Regis uxorem, diu ante illi prædixerat princeps Aſtronomorum Tycho Brahe. Magnis cladibus in regnum ſuum ſe recepit, nec tamen intermiſit, tentata pacis conſilia promovere & compoſitionem urgere. Ultimum navale prælium ipſe præſens cum Suecis fortiter geſſit, & paulò poſt vitâ functus eſt. Fuit Princeps pace belloque omnibus virtutibus illuſtris, & regnum quod latericium invenit, reliquit marmoreum. Obiit 28. Febr. 1648. Fride-

Fridericus filius defuncto Philippo Sigiſmundo Epiſcopo Oſnabruggenſi & Verdenſi, electus Epiſcopus Verdenſis 1623. & in locum Johan. Friderici Ducis Holſatiæ 4. Sept. 1634. mortui, Archiepiſcopus Bremenſis, ſucceſſit patri 1648. 6. Iul. coronam regni cepit 23. Nov. eodem anno, ſummo cum Procerum conſenſu & gaudio civium.

REGES SUECIÆ.

SMEEK. Magnus Smeek Rex Sueciæ, Erici filius, Magni nepos, S. Erici trinepos, ob libidines & crudelitatem regno dejectus fuit, & prætcrito ejus filio Hacquino Norvvegiæ Rege, quod patris tyrannidi non adverſari videretur, ad ſotis Euphemiæ filium Albertum Ducem Mekelnburg, regnum Sueciæ delatum, 1363. qui avunculum in VII. annorum cuſtodiam Holmiæ compegit. Inde à filio Hacquino liberatus cum eo in Norvvegiam conceſſit, ubi fretum cymba tranſmittens ſubmerſus periit 1371.

ALBERTUS. Chytræ. *lib.* 4. *Chron: Sax. p.* 130. Loccen. *in Suec. hiſt. lib.* 3. *p.* 75. Cranz. *lib.* 5. *Suec. c.* 34. Albertus primus extraneorum initio regni juſtè & clementer adminiſtravit, pòſt pravis conſultoribus uſus, inuſitata onera ſubditis imperando, exteris in regno dignitates conferendo, regni Proceres à ſe abalienavit, quorum præcipui fidem ei datam renuntiantes, Margaretæ Daniæ & Norvvegiæ Reginæ ſe addixerunt, ejuſque opem contra Albertum implorârunt. Hic viciſſim bellum in illam parans, ei per ludibrium longam cotem miſit, quâ cum gynecæo acus ſuas & forfices potius quàm haſtas & enſes exacueret. [Hæc adhuc Roſchildæ in Dania in templo majore fixa aſſervatur.] Votum itidem fecerat, ſe non prius cucullum, capitis regij eâ ætate tegumentum, impoſiturum capiti, quam Reginæ perfidiam caſtigâſſet, & Daniam cum Norvvegia occupaſſet. Verùm prœlio ſuperatus, & eodem die, quo Magnus ejus avunculus vinculis traditus erat, cum filio Erico captivus abductus, ſeptennium, tot ſcil. annos, quot ille avunculum in cuſtodia tenuerat, ex ultione divina in carcere exegit: tandem perſoluto lytro dimiſſus, in paternam ditionem rediens in monaſterium Dobranenſe ſe abdidit, & extra ſtatum dignitatis in obſcuro conſeneſcens obiit, meliore ſorte dignus, ſi, ut cœperat, imperium ex uſu publico adminiſtraſſet. Cùm captus ad reginam adduceretur votivo cucullo ab ea donatus fuit.

MARGARETA. Sueci poſt multas in Comitiis diſceptationes Margaretam Daniæ & Norvvegiæ reginam certis conditionibus elegerunt 1395. Hæc in novos ſubditos, ut ſolet, benignior, ad obſequium demerendum, & potentiam ſtabiliendam, paulatim mutavit: Indigenis præteritis, contra conditiones juratas, arces, munitiones & alia publica, Danis ſuis adminiſtranda commiſit. De eo à Proceribus monita reſpondit: *Vos veſtra Diplomata benè aſſervate: Mihi curæ erit cuſtodia arcium & propugnaculorum.* Cùm liberis careret, ſuum ex ſorore nepotem Ericum Pomeraniæ Ducem adoptavit, & Proceribus regni commendavit, & ab iiſdem 22. Iul. 1396. ſucceſſorem declaratum, Sueciæ præfecit, & unionem trium regnorum Daniæ, Sueciæ Norvvegiæ impetravit certis conditionibus, ut tria hæc regna unum duntaxat agnoſcerent caput, ſingula tamen regna ſuis liberis inſtitutis & immunitatibus uterentur. Margareta ſexagenaria Flensburgi peſte obiit 1412. cùm XVIII. annos Sueciam rexiſſet.

ERICUS X. Succeſſit ei Ericus hujus nominis X. qui 1406. uxorem duxerat Philippam Henrici IV. Angliæ Regis filiam, dotem marito attuliſſe fertur

unum

unum nummum, ſed ingentis ponderis, in quem plura millia auri conflata eſſent. Fœmina non quidem improba, ſed publicarum rerum curioſior quam eam decebat. Abſente marito claſſem armavit adverſus Vandalicas civitates, quam Lubecenſes & Stralſundenſes disjecerunt, & in fugam egerunt. Unde Rex domum reverſus, uxorem uterum gerentem indignius tractavit. illa duros mariti mores exoſa, ingreſſa eſt monaſterium Vadſtenenſe, in quo poſt aliquot annos extincta eſt. Cum Sleſvvicenſibus, fœderatis Anſæ civitatibus, & Suecis rebellantibus conflictatus, cùm in eo eſſet, ut cum ignominia ſolio deturbaretur, regno exceſſit, & collecto quantum poterat opum in Gotlandiam, unde poſtea ſæpius infeſtabat mari Suecos, mox Pomeraniam ſuam ſeceſſit, atque xx. annos privatus vixit, quum quadraginta duos annos tribus regnis præfuiſſet. Obiit 1459.

Poſt diſceſſum Erici, ejus ex ſorore nepos Chriſtophorus Johannis Com. Pal. Rheni filius, Ruperti Imp. nepos, à Danis, inconſultis Suecis, ruptâ unionis lege, ad capeſſendum regnum vocatus 1441. (poſt quadriennium ab his quoque receptus) & Upſaliæ 1442 coronatus fuit. Cùm decennium regnaſſet, neque ex Dorothea Johannis March. Brandenb. filia ullos ſuſciperet liberos, cenſum, quem vel nuptiarum & dotis, vel publico nomine civibus imperaret, & theſauros anteceſſorum ſuorum induſtria collectos ex Suecia in Daniam, contra fidem datam, exportaturus, naufragio amiſit, vixque ipſe ſcapha evaſit. Obiit in ipſo belli contra Lubecenſes apparatu Helſinburgi 1448. CHRISTOPHORUS.

Chriſtophoro defuncto, inter Proceres & populum ingenti contentione de quærendo idoneo patriæ rectore diſceptatum eſt. Exterorum tædio rex conſtitutus eſt 1448. Carolus, Canuti Equitis Aurati, Senatoris Regni, Finlandiæ gubernatoris filius, ex antiquis Gothorum Regibus oriundus, qui nono regni ſui anno diſſenſionibus agitatus, & magnatum quorundam rebellione, inprimis Archiepiſcopi Upſalenſis, *præter omnium expectationem* Gedanum diſcedit. In Caroli locum ad Sueciæ regnum evocatur Chriſtiern' I. Daniæ & Norvegiæ rex, & certis legibus Holmiæ inauguratur, qui imperium benè adminiſtrare cœpit, ſed in progreſſu inclinavit: & cùm contra juratam regni legem opes publicas extra regnum abſtuliſſet, præfecti, ut vellent, non ut fas erat, cum ſubditis agerent, ipſe arcibus & officiis præfeciſſet Danos, & alios exteros pro libidine dominantes, excluſis indigenis, tanquam improbæ in regem fidei eſſent, Sueci irritati in conſilium eunt de Chriſtierno abdicando, & Gedanum mittunt, qui Carolum ad priſtinam dignitatis ſedem revocent. Ita vertente fortuna evectus dejicitur, dejectus extollitur. CAROLUS.

Carolus itaque poſt VII. annorum exilium in regnum redit, fauſtis vocibus exceptus; unde varia tn. bella, & perpetui motus. Tand. Carolus Rex ſenio vergente, & per tot ancipites caſus regnandi ſatur atque feſſus, Stenonem Stur ſuum ex Brigitta ſorore nepotem ſucceſſorem, ſi ita Proceribus videatur, deſignat, & regis nomen, ceu eâ tempeſtate invidioſum omittere, vim imperij uſurpare jubet, & vix ſemeſtris rex, ab eo tempore, quo ab exilio rediit, ampliſſimâ poteſtate deceſſit, modicâ regni parte contentus, & Holmiæ rebus humanis excedit 1470.

Steno Stur itaq; conſentientibus pletorumque Procerum populiq; animis regno præficitur adminiſtrator, adverſantibus protervis quibuſdam ruſticis, quos facili negotio Germanicæ cereviſiæ donativo in ſuas partes pertraxit. Sub ejus initia Chriſtiernus cum x. millium exercitu ad vindicandum ſibi Sueciæ regnum affuit, ad mœnia Holmiæ, irrito tamen atq; infelici conatu. Ipſe enim inſtat gregarij militis ſtrenuè pugnans in adverſum os ſagitta petitur, & anterioribus aliquot dentibus excuſſis, ſagitta STENO STUR.

in faucibus tam preſsè hæſit, ut ægrè, nec abſque vitæ fermè periculo evelli potuerit; in Daniam erg. rediens à Suecia repetenda reliquo vitæ tempore abſtinuit. Steno eâ humanitate & juſtitiâ regnum adminiſtravit, ut populus diu regem haud deſideraret, ſibi enim potius vitam quam colono unam ovem contra ſas auferri permiſit. Hujus auſpiciis Academia Upſaliæ, curâ Jacobi Archiepiſcopi, ſurrexit, & iiſdem privilegiis, quibus Academia Bononienſis, à Sixto IV. Pontifice donata eſt. 1477.

IOHANNES. Chriſtierno I. rege Daniæ 1482. defuncto Comitia ſemel atque iterum indicta ſunt, in quibus inter trium regnorum Proceres convenit de iſtorum regnorum imperio Chriſtierni filio Johanni tradendo, renovatis legibus unionis, in quas juraret. Steno tunc adminiſtratione regni decedere tentabat, invidiæ Procerum declinandæ, & regi placando. Sed obnitebantur ſubditi, eum dimittere recuſantes. Verùm à Johanne bis prœlio victus eundem agnovit regem, qui ſolennibus auſpiciis corona regni Sueciæ, poſt XIV. annorum moram, inſignitur 1497. Sequenti anno etiam uxor ejus coronatur, & filius Chriſtiernus in Comitiis Holmenſibus tertio die Pentecoſtes Rex Sueciæ patri ſucceſſurus eligitur, quam electionem literis ſolennibus Steno Sture gubernator & ceteri Proceres confirmârunt. Inde Johannes Rex ad bellum Ditmarſicum ſe confert, commendata Reipublicæ ſumma Proceribus, inprimis Stenoni, quam ſingulari prudentiâ & moderatione adminiſtravit. Infauſto prœlio in Ditmarſia commiſſo, ubi in Sueciam rediit, Steno variis calumniis apud Regem traductus, Proceres regni Wadſtenum convocat, ubi collatis in commune conſiliis, regem juramenti ſui monent, & niſi conditionibus juratis ſtaret fidem renuntiant. Cùm omnia ad bellum ſpectarent, Rex virium colligendarum cauſa in Daniam proficiſcens, pignus ſuæ in Suecos fidei, uxorem gravidam cum præſidiis in arce relinquit. Steno regni ſimulque belli domeſtici gubernator denuò conſtitutus, arces, quas præfecti Dani tenebant, occupat, & Holmia potitus, arcem in eaque reginam, omni commeatu intercluſo, arctâ obſidione infeſtat, quæ intus dirâ ſame oppugnabatur; nihil enim reliquum erat præter carnem equinam & unam ſuem, quam regina certis dierum intervallis in mœnia produci, conſtringi, & cultrum tanquam modo jugulandæ admoveri juſſit. Ita crebro ſuis grunnitu obſeſſi fidem non deficientis commeatus aſſecuti, hoſtibus deluſis paulò minus annos duos obſidionem tolerârunt, tandem tamen abſumto omni commeatu, & præſidio morbis ac inedia confecto, ut ex mille vix octoginta ſupereſſent, deditionem Regina fecit, & captiva in cœnobio S. Brigittæ ultra annum remanſit. à Raimundo Cardinale Alexandri VI. P. M. Legato a. compellati, eam abſque pretio dimiſerunt, & ipſe Steno officij cauſa ad fines regni proſequitur; ubi à Daniæ limite Lencopiam revertitur, 1503. 13. Iun. ſubitâ morte, non ſine veneni ſuſpicione, deceſſit. Sturorum a. familiæ duæ & diverſæ ſunt. Prior tria Nympheæ folia, in fulvo campo gerens, modo dicto gubernatori Stenoni ortum dedit, qui ſine liberis deceſſit: ſed ſororis ipſius Birgittæ, Iohanni Chriſtiano nuptæ, nepos ex filio Erico fuit Rex Guſtavus. Altera Sturorum gens, clypeum antiquæ ſimplicitatis in duas a[...]s, ſuperiorem fulvam, & inferiorem cœruleam, diviſum geſtat, ex qua Suanto Nicolai & hujus filius Steno nati ſunt, quorum majores Aurati Equites fuerunt.

SUANTO, Stenone defuncto regni gubernator dictus eſt Suanto Stur 1504. qui Iohannis Regis conatibus fortiter reſtitit, eidem Calmariam, Borcholmium, & alias arces extorſit, & octo annos feliciter regnum adminiſtravit, non ſolùm bellicâ laude, ſed & pietatis ſtudio, aliiſque animi bonis Principe dignis clarus, & cum paucis comparandus. Diem ſuum obiit 1512.

Suan-

Suantone defuncto graves Procerum diſceptationes habitæ ſunt de novo gubernatore. Quidam volebant Iohannem Regem Daniæ, vel eo defuncto ejus filium Chriſtiernum: alij propenſi erant in Ericum Trolle, inprimis Iacobus Archiepiſcopus Primas regni: major Senatus pars Stenonem Sture ob merita patris Suantonis & proprias virtutes antehabuit, & gubernatorem conſtituit, quæ res ad inteſtinum bellum ſpectabat in hunc, & competitoris Erici Trolle filium Guſtavum Upſaliæ Archiepiſcopum, regni primarem, qui clandeſtina cum Chriſtierno conſilia de tradendo illi regno agitabat. Non diu poſt hanc electionem moritur Rex Iohannes 1513. qui non minus Suecis quàm Danis acceptus fuiſſet, ſi regni legum in indigenis potius quàm exteris ornandis, & præfectis dominationis impotentibus coercendis obſervantior fuiſſet. STENO STUR. *Vid. Chytr. lib. 7, pag. 219.*

Chriſtiernus II. vivo adhuc Iohanne ſucceſſor deſtinatus, ut ſupra dictum, cum gubernatore diu conflixit: hic Suecos cum rege ſentientes ad obſequia rettaxit, Guſtavi Archiepiſcopi arcem diruit, regem ab oppugnatione Holmiæ avertit. Tandem anathematis fulmine à Leone X. percuſſus, ad oppidum Bogeſund ex ſclopeti ictu lethali vulnere ob. Cal. Feb. 1520. cùm octennio gubernatoris muneri præfuiſſet. Poſt diuturni belli moleſtias, ſancita Holmiæ præteritarum offenſarum oblivione, & legum veterum obſervatione promiſſa, & ante altare jurejurando Sacramenti ſumptione confirmata, Rex Sueciæ coronatus eſt 4. Nov. 1520. acceptis obſidibus Guſtavo Erici f. (qui poſtea Rex factus eſt) & aliis ex prima nobilitate lectis. Quarto poſt coronationem die prætextu excommunicationis Pontificiæ immanibus crudelitatis exemplis ſæviit in Primares regni, tribus Epiſcopis, tribus Conſulibus, omnibus Senatoribus Holmenſibus, præterea ſeptuaginta plus nobilibus & civibus uno die detruncatis, nec paucioribus poſtero die trucidatis, quorum omnium cadavera integrum triduum in publico hominibus horrori & canum laniatibus expoſita jacuerunt; hoc inuſitato terroris exemplo tandem aliquando Suecos in fide & officio ſe retenturum jactitans: & hoc modo quidem purgavit regnum ſuum, ſed purgatione medicorum contraria. Siquidem illi, quod eſt deterrimum, è corpore auferunt; hic quod optimum erat, è Republica. Hujus tamen immanis ſævitiæ pœnas vivus dedit carcere viginti ſeptem annorum, in quo & vitam finiit 25. Ian. 1559. æt. 78. CHRISTIERNUS II.

Guſtavus ex priſca regij ſanguinis & illuſtri gentis Sueticæ familia ortus, patre Erico Iohannis de Ridboholm. E. A. Alandiæ gubernatore, regni Senatore, illuſtri Equitis Auratorum de Waſa progenie, matre Cæcilia Magni Caroli de Ecka Eq. Aur. filia celebri Sturiorum ſtirpe, regis Caroli Canuti nepte. Inter pacis obſides, ut dictum, Chriſtierno datus, in Daniam abductus, in arce Kalloenſi aliquamdiu arctè detentus eſt. Ex facultate nonnunquam exſpatiandi, occaſionem fugæ nactus, mutato habitu Flensburgum, inde Lubecam magnis itineribus evaſit, ubi clam conſcenſa navi in Sueciam contendit, & nationem belli avidam, libertatis amantem, vindictæ cupidam ad arma evocavit. Primi profeſſi nomen ſunt Dalecarlij, qui montes illos incolunt, quibus Suecia à Norwegia diſpeſcitur. Sunt autem plerique foſſores metallarij, dura gens & labori aſſueta. His alij ſe jungunt: omnes verò 1521. 24. Aug. Vadſtenium ad Comitia læris animis convenientes, ore & dextrâ fidelitatem Guſtavo jurant, & legitimum belli regnique adminiſtratorem communibus votis accipiunt; Eundem 1523. 25. Maji in feriis Pentecoſtes Regem Sueciæ eligunt, & 6. Iunij ſolenni ritu deſignant, & demum anno 1528. coronant. In coronationem enim ſui ante conſentire noluit, quam ambitioſi Epiſcoporum Spiritus coercerentur, fructus regni ad Epiſcopos & reliquum ſacrum ordinem tranſlati, ab iiſdem revocati, coronæ unà cum arcibus GUSTAVUS,

reſtituerentur, nimiæ opes, luxuriæ & rebellionis materia præſulibus circumciderentur, honeſtis vitæ præſidiis relictis. Itaque tredecim millia prædiorum, quæ Epiſcopi & Eccleſiaſtici poſſederant ad coronam & ordinem Equeſtrem redierunt, quum regnum & nobiles vix tertiam partem bonorum in comparatione poſſeſſionum ſacri ordinis antea tenerent. Ex prima uxore natus eſt Ericus 13. Dec. 1533. qui in utero materno lacrymaſſe auditus eſt, matris nixu triduum durante. Ex ſecunda decies pater factus. Tertias nuptias cum Catharina Guſtavi Olai de Torpa filia, reginæ Margaretæ ſobrina, vel defunctæ uxoris ſororis filia facere inſtituit; ſed antequam virgo ipſi conjungeretur, ſcrupulo conſcientiæ injecto, ſententia Epiſcoporum exquiſita eſt: *Num hujuſmodi matrimonium, ut licitum, ex jure divino probari poſſet.* Reſponſum tulit: *Hoc matrimonij genus in S. Scriptura conceptis verbis vetitum non eſſe, quietâ conſcientiâ Regem illud ingredi poſſe.* Nullos tamen ex ea ſuſcepit liberos.

Loccen. *libr. 5. pag. 324. &c.* Cùm ſexaginta novem annos vixiſſet, regnum triginta novem ſumma cum prudentia & autoritate rexiſſet, ipſo S. Michaelis die anno 1560. placidè obiit. Dignus Rex, cujus memoriam Sueci celebrent, exemplum poſteri reges imitentur. Quod enim regnum ab occaſu reſtituit, illud denuò condidiſſe jure dici poteſt.

ERICUS. Ei defuncto ſucceſſit in regno Ericus filius, qui fratrem Iohannem cum aliis Legatis in Angliam miſit, ambiens nuptias Eliſabethæ reginæ, quæ inſtantibus Legatis pro reſponſo dedit hæc verba: *Ite, miſſa eſt.* Itaque infectâ re in Sueciam reverſi. Rex vagâ libidine exhauſtus, plebeiam non obſcuro tantum, ſed & pudendo genere, militis gregarij filiam duxit, quæ coronata fuit 1568. 3. Iul. Fratrem Iohannem, quòd Sigiſmundi Poloniæ Regis ſororem duxerit, noctu nihil tale opinantem cepit, & ultra quadriennium cum uxore in carcere duriter habuit. Cùmque crudeliter ſæviret in regni Proceres, quorum 60. ſuâ manu interfecit, Suecorum à ſe animos alienavit, qui Iohannem cum conjuge & filio è carcere eductum ad ſceptrum promovent, & hic par pari referens, fratrem Ericum, furore correptum, in carcerem detruſit. Ejus dein ex Catharina nothus, magnis promiſſis à magno Duce Moſcoviæ evocatus, cùm nollet ritibus græcis initiari, ad mortem uſq; in Moſcovia detentus eſt. Bellum, quod contra Danos levi de cauſa ſuſceperat, (quod Fridericus Rex Daniæ nollet

IOHANNES. deſiſtere ſuis inſignibus permixta habere Suecica,) continuavit per ann. VII. Johannes a. coronatus Holmiæ 1569. pacem cum Dano fecit, præſentibus Legatis Maximiliani II. Imp. Caroli IX. Galliæ R. Sigiſmundi Auguſti Poloni, Auguſti Electoris Saxoniæ, & aliorum Principum, ubi ſimul lis de tribus coronis penitus ſublata, & limites regnorum ducti, prætenſiones unius regni in alterum irritæ factæ, loca in Livonia, alia Suecorum, alia Danorum protectioni ab Imperatore relicta. Præclaris de Moſcorum Duce partis victoriis Caroliam, Ingriam, Eſthoniam, partemque Livoniæ regno adjecit, ejuſque fines ad XL. milliaria extendit. Ex Catharina Sigiſmundi Poloniæ regis filia ſuſcepit Sigiſmundum 20. Iun. 1566. in ſucceſſorem electum 1583. & Iohannem Oſtrogothiæ Principem.

SIGISMUNDUS. Ille in carcere natus 20. Iun. 1566. & à matre in Pontificia religione educatus, ante patris obitum 1587. Poloniæ Rex factus, illo defuncto, Sueciæ quoque regnum, tanquam paternam hereditatem, adiit. In Sueciam tranſiens, habebat in ſuo comitatu aliquot Ieſuitas, qui intempeſtivâ contentione pro religione Pontificia regem ſuſpectum reddiderunt, ita ut Sueci caveri ſibi voluerint jurejurando, de ſola Auguſtana Confeſſione in regno conſervanda, excluſâ Pontificia; quod niſi Rex faceret, ac ab Archiepiſcopo Upſalienſi coronari vellet, denegandam ipſi fore coronam & adminiſtrationem regni palam jactabant, reſiſtente rege ne alia

formu-

formula jurare obligaretur, quam ejus pater Iohannes, libero exercitio religionis, æque Pontificiis atq; Lutheranis, permiſſo. Annuit a. tandem Rex illorum poſtulatis, & ſe omnes in ſuæ religionis libertate conſervaturum, ut eâ liberè fruantur juxta tenorem & præſcriptum veræ confeſſionis Auguſtanæ, Carolo V. in Comitiis Auguſtæ 1530. exhibitæ, ſicut poſtremis annis Imperij avi ſui Guſtavi, ac initio paternæ gubernationis eadem in regno Sueciæ floruit, & ſicut anno 1593. menſ. Martio conſentientibus omnium ordinum regni ſuffragiis Upſaliæ denuò comprobata & recepta eſt, talem ſe tuiturum ac defenſurum, nec contra eam violenter aliquid intrudi, vel impedimentum aut fraudem quocunque modo in his fieri permiſſurum, nec in Eccleſiaſticis aut Politicis officiis in regno Sueciæ uſurum illis hominibus, qui à communi hâc illius regni religione diſſentirent. Viciſſim omnes Regni Ordines pro ſe ſuiſque poſteris fidem dederunt Regi, aut in regno, aut extra regnum verſanti, ejuſque poſteris maribus ſubjectionem, amorem, fidem & obedientiam, quam diu vivant. Hanc obligationem Rex in templo primario Upſalienſi flexis genibus ante Altare juravit, addito, quod limites regni non ſit alienaturus, regnumque ſit gubernaturus ex conſilio Ducis Caroli, & Senatus. Habitis dein Comitiis Adminiſtrationem regni patruo Carolo commiſit, adjunctis ei Erico & Guſtavo Brahe, atq; ſic in Poloniam rediit. Eo abſente, cùm forma adminiſtrationis paulatim mutaretur, & Sigiſmundus ſentiret, jus regium in Suecia nimium periclitari, præſentiâ ſuâ rebus ſuis ſubveniendum ratus, cum milite in Succiam venit, ubi Carolum patruum adverſarium reperit, & infelici pugna cum eo commiſſa, eò redactus eſt, ut coactus fuerit Sueciam deſerere 1598. Anno ſequenti in Comitiis Holmenſibus cum regno abdicatur, non tamen excluſo à ſpe ſucceſſionis regni Uladislao filio, ſi in regnum veniret, & in religione ac libertatibus Suecicis inſtitueretur. Anno 1604. in Comitiis ibid. habitis omnium acclamationibus Carolus Rex Sueciæ fuit ſalutatus, eique ſtatim ut Regi jusjurandum fidelitatis præſtitum. Coronatus 1608. 25. Mart. Finlandos & Eſthonios, in fide Sigiſmundi perſeverantes, in ordinem redegit: Cùm in Livoniam moveret, oppoſitus ei fuit cum exercitu Ioh. Zamoſcius Regni Poloniæ Cancellarius jam ſexagenarius, qui Volmariam duorum millium Succorum præſidio munitam, poſt trium menſium oppugnationem deditione cepit, ibique Caroluſinum & Pontum de la Garde, Præfectos iſtius præſidij cum præcipuis centurionibus vinctos in Poloniam miſit 1601. Anno 1605. denuo exercitu in Livoniam ducto, pugnam cum Chodkievicio commiſit, in qua ipſe Carolus & Comes Mansfeldius vulnerati, Fridericus Dux Lunæburgenſis, & Andreas Linderſon penes quem ſumma Imperij militaris erat, occubuerunt, novem præterea millia Succorum occiſorum in loco conflictus inventa, quingenti capti cum 60. ſignis militaribus. Ex victoribus centum plus minus fuerunt deſiderati, totidem vulnerati. Cùm anno 1611. mare Balthicum infeſtum teneret, ac in Norwegia diverſa regalia Daniæ propria, & titulum Norlandiæ ſibi uſurparet, Chriſtianus IV. bellum ei denuntiavit, & primo Calmariam contendens oppidum vi cepit, trucidatis omnibus ejus defenſoribus ſub finem menſis Maji: arcem verò ad deditionem tertia die menſis Auguſti coegit, ac inſulam Olandiam ac Borcholmiam, quæ arcis illius juriſdictionem ſequi ſolet, in ſuam poteſtatem redegit. Ex quo infelici ſucceſſu Carolus mœrore confectus, obiit 9. Nov. 1611. & belli illius difficultatem reliquit ſucceſſori filio ſuo Guſtavo Adolpho.

Gustavus Adolphus.

Hic in armis quaſi natus, penè puer bello, quod pater cum Moſco & Polono geſſit, paternis auſpiciis militavit, & mira fortitudinis ſigna edidit. Illi ſuccedens bella adverſus Danos, Polonos & Moſcos continuavit.

vit. Cum Dano, altero regni anno pacem iniit, 1613. Inſequente 1614. etiam cum novo Duce Moſchorum Michaele Federowitz. Poſt bellum geſſit cum Polono; & in Germaniam noſtram deſcendens tantâ celeritate, tantâ virtute, tantâ felicitate bellum geſſit, ut non homo, ſed numen aliquod de cœlo delapſum tantum bellum, tantis viribus omni ex parte ſubnixum tam brevi confeciſſe videretur. Victoria una poſt alteram potitus, cùm per medias laudes veluti quadrigis veheretur, ad Luzam glorioſa morte occubuit 6. Novemb. 1632. relicta unica filia & herede regni Chriſtina.

CHRISTINA. Hæc octennis 1634. regina declarata, ſumma imperij penes quinque regni Proceres exiſtente, (inprimis Archicancellarium Axelium Oxenſtiernа, cui Rex Guſtavus directionem conſiliorum pacis & belli per Germaniam commiſerat) qui etiam cum reliquis militiæ Ducibus ab eodem rege inſtitutis in incepto perſtiterunt, donec libertas Germaniæ, & pax æque religionis atque Politiæ reſtituerentur, & Suecicum regnum pro opera ad hoc bellum collata compenſationem referret, quod factum per pacem Oſnabruggenſem. Regina Holmiæ coronata ſolenni ritu 17. Oct.

CAROLUS GUSTAVUS. 1650. Carolum Guſtavum Comitem Palatinum Rheni, Guſtavi Adolphi regis ex ſorore nepotem, hereditarium Sueciæ Principem & ſucceſſorem declaravit, & quadriennio pòſt 16. Iun. 1654. regno ſe abdicavit.

REGES HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ.

CAROLUS ROBERTUS. CArolus Robertus, vel Carobertus, Caroli Martelli Principis Salernitani filius, Caroli Claudi Regis Siciliæ, & Mariæ Hungaricæ nepos, Stephani Regis Ungariæ pronepos, an. 1310. die poſt feſtum S. Stephani Regis s. Rex coronatur. Præter Ungariam tenuit Dalmatiam, Croatiam, Serviam, Bulgariam, Boſniam, & magnam Ruſſiæ partem. Siciliæ regnum, quod Pontifex ejus patruo Roberto adjudicaverat, fruſtra repetiit. Cùm regnum feliciter adminiſtraſſet, è vita diſceſſit 1342. 26. Iul.

LUDOVICUS. Ludovicus filius ex tertia uxore 5. Mart. 1326. natus ei ſucceſſit. Cùmque Caſimiro M. Poloniæ rege mortuo, à Proceribus ad regnum ſibi deſtinatum ſuſcipiendum vocaretur, & dubitaret ac cunctaretur, Polonis orando, & Ungaris ſuadendo inſtantibus reſpondit: *Non ſatis intelligere, neque hos quid ſuadeant, nec illos quid petant, è neutrorum enim re id fore, ſicut nec duobus gregibus expediat, unum habere paſtorem; ſatis & abunde eſſe negotij uni populo præeſſe, duas reſpublicas vix ullâ ratione ſine alterutrius incommodo ab uno adminiſtrari poſſe.* Tandem victus precibus annuit, & diadema ſolenni ritu accepit 17. Nov. 1370. De Regno Neapolitano magna & anceps illi contentio fuit cum Iohanna I. regina, quæ maritum Andream, fratrem ipſius ſerico laqueo ſtrangulaverat. Poſt longa certamina tandem authoritate Pont. M. res compoſita eſt, qui ut deteriori parte faveret, dono acceperat à Iohanna Avenionem. Ludovicus in Ungariam rediens, Iudæos omnes ex regno ejecit. Uxores habuit duas, Mariam Caroli IV. Imperatoris filiam, defunctam 1349. alteram Eliſabetham, Stephani Boſniæ Regis filiam, à Iohanne Horwath Croatiæ præſide ſubmerſam. Filiabus duabus vivus proſpexit, ita ut altera apud Ungaros regnaret, apud Polonos altera. Mariam Sigiſmundo Caroli IV. Imp.

Imp. filio deſpondit. Hedvvig nupſit Iagelloni Principi Lithuaniæ Pagano, autorque fuit ejus & per ipſum totius gentis converſionis.

Carolus IV.

Ludovicus V. — *Margareta.* *Sigiſmundus.*

Sigiſmundus Rex Hungariæ

Maria.

Regnavit annos quinquaginta unum, & ſi conjungatur Mariæ ſponſæ gubernatio, quinquaginta quinque, rariſſimo rerum exemplo & notabili.

Defuncto Ludovico cùm Maria filia in Poloniæ & Ungariæ hereditatem venire deberet, Poloniæ regnum in Hedvvigin ſororem, & hujus maritum Uladislaum (ante baptiſmum Iagellonem Lithuanum dictum) tranſtulerunt Poloni. Maria, quæ poſt exceſſum Patris apud matrem in Ungaria educata ſuit, nupſit Sigiſmundo, adhuc admodum adoleſcenti, ipſa verò cum matre Eliſabetha regni adminiſtrationem obibat, & nutu quorundam Imperij Procerum omnia peragebat, quod Ungariæ Proceres ægrè ferentes, quippe pertæſi muliebre imperium, Carolum Siciliæ regem, Ludovici Dyrrachij filium, Iohannis nepotem, Caroli Claudi regis pronepotem, atque ita proximum agnatum acceerſunt ex Apulia, eique coronam deferunt. Sed eum paulò poſt Reginæ ſtrangulari curârunt. Neque verò impunè; Ejus enim mortem ulciſcens dictus Croatiæ præfectus matrem flumini immerſam ſuffocat, Reginam filiam carceri includit. Evocatus interea è Bohemia Sigiſmundus invadit regnum, autores factionis punit, Mariam ſponſam ſuam maſculi animi mulierem, quam Ungari Regem Mariam vocaverunt, carcere liberat, nec multò poſt ipſe à conjuratis captus, in carcerem obſcurum & 80 paſſus profundum detruſus eſt; Evaſit a. ex eo ſingulari aſtu, & confirmatis rebus ſuis obiit ſexagenarius 1437. regnorum Ungariæ & Bohemiæ XVII. Romanorum XXVII. Imperij V. Ex Maria prima uxore ſuſcepit unicam filiam Eliſabetham: eâ defunctâ duxit Barbaram, Hermanni Ciliæ Comitis filiam, fœminam libidinoſiſſimam, quam cùm moriens animadvertiſſet de regno magis quàm de vita ſua ſolicitam, Albertum generum ſuum Hungaris & Bohemis commendavit; Barbara; quæ regna illa ad Uladislaum regem Polonorum dotalia afferre, quàm filiam reginam videre malebat, captiva aliquamdiu detenta eſt; Poſt Sigiſmundi mortem Bohemi in duas factiones diviſi, pars Albertum, quem Hungari jam ſibi regem creaverant & coronaverant, pars Caſimirum Uladislai Polon. Regis fratrem ad regnum invitârunt: quod & hic acceptavit; ſed præverterat ejus Legatos ad ineundam regni poſſeſſionem miſſos Albertus, jamque ſolenni ritu diadema ſuſceperat; hinc bellum ortum, ſed nec ſpatio temporis diuturnum, neque exitu funeſtum. Barbara Alberti ſocrus cum ei cunctas poſſeſſiones, quas dotales, in Ungaria & Bohemia habebat, conceſſiſſet, ac duodenûm millium aureorum penſionem annuam ab eo accepiſſet, dimiſſa in Bohemia nequiter ſine ulla religione & ſpe futuræ vitæ reliquum ætatis exegit, vitaque defuncta Pragæ in ſepulchris Regum à Georgio Podiebracio gubernatore condita eſt.

Albertus inunctus in regem 1. Ian. 1438. ex Eliſabetha uxore duas progenuit filias, Annam Wilhelmo Duci Saxoniæ, & Eliſabetham Caſimiro Poloniæ Regi nuptas. Moriens 28. Octobr. 1439. regni anno uno menſe 9. die 18. uxorem gravidam reliquit, quæ cum volens Uladislao Poloniæ Regi deſponſata eſſet, interea peperit Ladislaum filium, natu- ALBERTUS.

ralem

ralem Hungariæ heredem, quo nato, jam non ulterius Uladiſlai matrimonium deſiderans, curavit filium quatuor menſium coronari, & abducta ſecum corona ad Fridericum Imp. cum infante ſe contulit. Quam coronam Matthias Rex à Friderico Imper. ſexaginta millibus aureorum nummûm poſtea 1463. redemit. Cromer. *lib. 25. pag. 553.*

ULADISLAUS. Uladiſlaus Jagellonis filius Rex Pol. ab Hungariæ Proceribus evocatus, in Alba Regali regno inauguratur 1440. adhibito ad eam rem diademate capiti S. Stephani detracto. Johannem Hunniadem dictum Corvinum, (quorum alterum cognomen accepit ab arce Huniadum in extrema Tranſylvaniæ ora, alterum à vico in quo natus eſt.) Comitem Biſtricienſem, Walvvodam Tranſylvaniæ conſtituit, qui Amurathem II. ex occaſione diſſenſionum inteſtinarum regno Hungariæ imminentem, repreſſit, & aliquoties devictum, ad pacem x. annorum adegit, quam cum Eugenij IV. P. M. & Juliani Cardinalis indultu temerè rupiſſet Uladiſlaus, ad Varnam occubuit 1444. & cum illo flos nobilitatis. Sunt qui affirment, ex Chriſtianorum exercitu vix 5000. cecidiſſe, cùm Turcarum ſupra triginta millia periiſſent. Turoz. *pag. 37.*

LADISLAUS. Ladiſlaus Alberti Imp. & Eliſabethæ reginæ filius ob infantiam Prorege & gubernatore uſus eſt, in Bohemia Georgio Podiebracio, in Hungaria verò Johanne Huniade, filio Buthonis, Viri Scaligeri Hunniæ Principis nepote, fortiſſimo Heroe, qui Turcarum fulmineus Terror dictus fuit. Eoſdem anno 1455. in fugam vertens magna tormenta bellica c. illis eripuit. Obiit 1456. Hic à Friderico III. Imp. Ladiſlaum infantem armis repetiit, eique cùm eſſet XII. annorum regni gubernationem tradidit. Regnum quod iniit 1453. auſpicatus eſt ſupplicio & carcere filiorum Johannis Huniadis, Ladiſlai & Matthiæ, tanquam reorum cædis Ulrici Comitis Ciliæ, & inſidiatum, quæ Regi pararentur conſciorum. Ille Ladiſlaus, ubi ad locum ſupplicij, quo cervix amputanda erat, venit, Ladiſlaum Regem, publicè ad Dei tribunal intra annum ad reddendam rationem hujus ſui ſupplicij vocavit. (teſte Dozane Orzegio.)

MATTHIAS CORVINUS. Matthias verò captus, & Viennam ductus, in vincula conjectus fuit. Horum mater non fletibus aut lamentis indulſit, ſed arma contra regem ſumpſit, etiam Turcas in auxilium accitura, niſi res interventu Procerum compoſita fuiſſet. Sed priuſquam Matthias ex pacto dimitteretur, Rex in ipſo nuptiarum apparatu, cum Magdalena Caroli VII. Galliarum Reg. filia moritur anno 1457. cùm intra XXXVI. horas ſanus & mortuus eſſet; quâ die oculos clauſit, Matthias Pragam applicuit, quem Georgius gubernator in cuſtodiam ſuam recepit. Interea Hungari Matthiam octodecim annos natum, autore potiſſimùm Michaele Zylagio avunculo, regem creant, & numeratis Georgio quinquaginta millibus aureorum redimunt, qui etiam filiam ſuam eidem deſpondet. Et cùm Fridericus coronam regni Hungariæ adhuc haberet, de ea longa contentio inter utrumque fuit, quæ poſt annos XXIV. ſopita eſt annumeratis LX. aureorum millibus. Ipſe Albæ Regali ſummâ ſolennitate coronatus 1464. Mahumetes II. ob virtutem & felicitatem bellicam hunc ſolum inter Chriſtianos Duces Principis nomine dignum cenſuit. Extinctus eſt apoplexia anno regni ſui XXXII. Chriſti 1490. ſepultus Viennæ cum hoc epitaphio: *Turoc. p. 43.*

MARMORE HOC MATTHIAS CORVINUS SITUS EST, QUEM FACTA DEUM OSTENDUNT, FATA FUISSE HOMINEM.

Uxor ei ſecunda fuit Beatrix Aragonia, Ferdinandi Regis Siciliæ filia: ex qua nullos ſuſcepit liberos; ex amica reliquit filium Johannem Corvinum. Quia verò pauciſſimis proſapia Huniadum cognita eſt, partem ejus adſcribo.

Martinus

Martinus Scaliger Veronæ Imperium ſuſcepit 1329. 26. Iul. Thadaa Iacobi Grandis Marchionis Ferrariæ f.

- *Canis Facinus cognom. Signorius. Eliſabetha Ludovici Marchionis Brandenburg f.*
  - *Bartholomæus Placidus, Blanca Caroli Mediolanenſis f.*
    - *Sigiſmundus fortis. Angeleſia Friderici Ducis Teccenſis. f.*
      - *Nicolaus Pius Iſabella Leonelli Marchionis Eſtenſis. f.*
        - *Benedictus Scaliger. uxor N. Paridis de Lodron f.*
          - *Iulius Cæſar Scaliger.*
            - *Iuſtus Ioſephus Scaliger n. 4. Auguſt. 1540. ultimus familiæ. ob. 1609.*
  - *Philippus Scaliger. ux. N. filia Deſpotæ.*
    - *Vitus Scaliger Huniæ Princeps.*
      - *Butho Huniæ Princeps*
        - *Iohannes Huniades. uxor . . . . Michaëlis Zylagÿ ſoror.*
          - *Ladislaus Huniades decollatus.*
          - *Matthias Huniades Rex Vngariæ.*
            - *Iohannes Corvinus filius nothus.*

Matthiæ viduam duxit Uladislaus Caſimiri Poloniæ Regis filius, [ULADISLAUS,] qui fratri Johanni Alberto, Johanni Corvino, Maximiliano Friderici Imp. fil. in electione prælatus, Rex Hungariæ coronatus eſt. Illa dimiſſa, conſentiente Pontifice Alexandro, duxit Annam Foxeam. Eum Hungari ob ſegnitiem Vaccam, Bohemi ob pacis ſtudium Regem laureatum appellârunt. Ob. 1516.

Ludovicus II. Uladislai filius immaturè ſine epidermide ſeu cute [LUDOVICUS.] exteriore (quæ demum inunctionibus medicis producta eſt) antè DIeM natVs. Cuj' mater Regina uterum gerens partui proxima unum è Principibus Hungaris advocandum curavit, pro teſtimonio maſculini partus, quo præſente, (Iohannem Scepuſium fuiſſe ſuſpicantur) Ludovicum peperit, & obſtetricibus præ pudore munia ſua negligentibus, exorientibus in utero doloribus, expiravit. Natus autem, ut dictum ante, Ludovicus ſine cute, quam medici corpori tenello plurimis fomentis obducere debuerunt, ac ut proditum eſt, in ſue medio per ſpinam ſecto atque [Turoc. cent. 6. pag. 60.] exenterato infantem, quoad beſtiæ calor inciperet deferveſcere, impoſitum habuiſſe, mox in alium, qui ad hunc uſum cæſus præſtò eſſet, & exinde in alium eodem ordine immiſſum, donec manans supernè cruor, ut in puſtulis videmus, ſenſim in tenuem pelliculam coaleſcere, atque induere cutem inciperet. Idem Ludovicus immaturè, vix bimus, coronatus, immaturè anno ætatis x. regno præfectus, immaturè anno XIV. barbatus, immaturè anno XV. maritatus, immaturè anno XXI. denatus. Hungari enim cauſſari intolerabile exactionum onus, ſeditionem moverunt, quâ occaſione utens Solimannus in eos venit cum exercitu, cui occurrens ad Mohazium Ludovicus cæſus eſt à Turcis cum XXX. millibus anno 1526. regni X. uxor ejus Maria, Caroli V. ſoror, facta eſt poſtea gubernatrix Belgii.

Poſt eum Johannes de Zapolia Stephani f., Com. Scepuſienſis Wai- [FERDINANDUS. I.] vvoda ſive Palat. Tranſylv. à quibuſdam in Regem elect' eſt, tametſi Pala-

tinus Hungariæ cum præcipuis Prælatis in eam electionem non conſentiret, & Ferdinandus Archidux Auſtriæ gener Uladislai II, Ludovici à Turcis cæſi ſororius, ad capeſſendum regnum vocatus erat: & hâc ratione duo reges erant. Verùm hic viribus ſuperior illum regno expulit, qui fidei & tutelæ Solimanni ſe committens, ab eo reſtitutus Budam quoque in ſedem regiam accepit. Turca mox Viennam obſedit, quam fortiter defendit Philippus Palatinus. Johannes ex Eliſabetha, Sigiſmundi Poloniæ Regis & Bonæ Sforziæ filia, ſuſcepit filium primo Stephanum, poſt Iohannem Sigiſmundum dictum, (qui abſque ſobole obiit 1571. 16. Mart.) cui infanti in ſolennitate funebri patris coronam regni impoſuerunt Hungari, & denominarum Iohannem II. Regem inaugurârunt, qui & ſtudio Procerum ac ope Turcarum Tranſylvaniæ Principatum obtinuit: cùm nihilominus Ferdinandus, & deinde Maximilianus Imp. eum hoſtiliter perſequerentur; hic cùm armis nil proficeret, pacem fecit cum Iohanne II. Spiræ in Comitiis 1569. ut iſte ceſſerit ipſi titulos Regis Hungariæ, & haberet Tranſylvaniam jure hereditario; & iſto 16. Mart. 1571. mortuo, Tranſylvani ſibi elegerunt Principem Stephanum Bathori de Somlio.

MAXIMILIANUS. RUDOLPHUS. MATTHIAS. FERDINANDUS II. FERDINANDUS III. LEOPOLDUS.

Ferdinandus vivens fecit coronari filium ſuum Maximilianum Regem Hung. 8. Sept. 1563. Hujus iterum filius Rudolphus anno ætatis xx. Rex Hungariæ factus, vivo itidem patre. Poſt in Hungaria ſcie excepcrunt Matthias, Ferdinandus II. Ferdinandus III. Ferdinandus IV. hodieque Imp. noſter glorioſiſſimus Leopoldus I. feliciter ibi rerum potitur.

REGES BOHEMIÆ.

IOHANNES.

vid. Alb. Argent. Chronic. pag. 115. lin. 52. & pag. 116. pr.

Et eundem de Ottocaro Rege loc. cit. p. 102.

JOhannes Comes Lucelburgicus, Henrici VII. Imp. filius inauguratur Rex Bohemiæ cum uxore Wenceslai II. filia Eliſabetha nata annos xix. anno 1310. cui coronationi plus quàm trecenta millia hominum interfuiſſe feruntur. Fr. Mod. *π. triumph. tom. 1. lib. 4. p. 148. b.* Flagrante bello inter duos Cæſares Fridericum Auſtriacum & Ludovicum Bavarum, hujus partes ſecutus eſt Iohannes, ob promiſſam Marchiam Brandenburgicam, tum tempore morte Waldemari ultimi Marchionis vacuam. Verùm Ludovicus promiſſi immemor ſolam Budiſſinam quam Marchio dudum oppignoratam tenebat, ſine pretio ei reſtituit, totam vero Marchiam filio ſuo Ludovico attribuit. A magiſtro ordinis Teutonici 1329. contra Lithuanos in auxilium vocatus cum exercitu eò proficiſcitur, & in Lithuania ex gravi & nebuloſo aëre oculum amiſit: ſecundâ vice opem tulit eidem Magiſtro contra Polonos, quorum rex pacem à Bohemo mercari coactus eſt quadragies mille aureis. Philippo quoque VI. Galliarum regi auxilia contra Eduardum Anglum pollicitus unà cum filio Carolo jam Rege Romanorum deſignato, adfuit cum exercitu, jam ex cœcutiente ab Hebræo quodam Medico cœcus factus, quam tamen cœcitatem ſuam egregiè diſſimulavit, ibiq; poſtea in pugna ad Creſſiacum anno 1346. occubuit.

CAROLUS.

Ejus filius Carolus in aula regis Philippi educatus, in adminiſtrando Bohemiæ regno, abſente patre talem ſe geſſit, ut nunquam ſatis ab omnibus laudari potuerit. Ingenio erat liberalis & comis; & Francofurtenſibus nundinas reſtituit, acceptis xx. millibus Marcarum. Alb. Argent. pag. 152. Sine ullo præterea interprete ſive latinè, ſ. Italicè, ſ. Gallicè, ſ. Germanicè, ſ. Bohemicè loquendum eſſet, ſenſa animi proferre potuit. Anno ætatis xxxi. regnum Bohemiæ init, in quo rectè adminiſtrando

omnes

omnes numeros adeò implevit, ut Salomon ſui temporis dictus fuerit. [Iac. Gothofr. *Differt. de præcedent. cap. 2. th. 6.*] De quo tamen Maximilianus I. dicere ſolebat peſtilentiorem peſtem nunquam Germaniæ contigiſſe. [Spigel. *libr. 5. in Gunther. Ligur. pag.* . . . Lehman. *Chronic. Spir. pag. 784.*] Epiſcopatum Pragenſem, qui ad id tempus Moguntino ſuerat ſubjectus, ad Archiepiſcopatum evexit: Academiam Pragæ ad exemplum Pariſienſis & Bononienſis condidit. Cum Ludovico Marchione Brandenburgico Ludovici Imp. filio bella geſſit, cui æmulum excitavit & ſubornavit Pſeudo-Waldematum. Cùm in Germania Principum ambitio nimium exarſiſſet, & primum ſibi quiſque locum præcipuamque autoritatem in eligendo aſſidendoque vindicaſſet, unde ſimultates, quandoq; & cædes excitatæ, Cæſar, approbante Senatu Principum Decretum promulgavit, quo gradus poteſtateſq; Principum, & aliorum ordinum ita diſcrevit, ut nullus de jure ſuo tanquam imminuto queri potuerit; quæ lex Carolina, ſive Aurea Bulla, Norimbergæ promulgata 1356. 10. Ian. etiam hodiè viget. Wenceslaum filium gravioribus rebus regnique curis cùm admoveret, hicque levia & nugatoria ſeriis præferret, capiſtro maritali alligavit, & uxorem dedit Annam, Alberti Bavari, Com. Hollandiæ filiam, eidemque Imperium ab Electoribus emit, promittendo ſingulis C. M. aureorum: quam ſummam cum die conſtituto diſſolvere non valeret, publica vectigalia, Imperatoribus ad ſubſidia relicta, ipſis Principibus non tam oppignoravit, quàm perpetuò alienavit. Obiit 1378. 27. Mart.

Wenceslaus Norimbergæ natus 1361. Anno 15. Rex Romanorum coronatur; mox Longobardiam, quam Otto I. Imperio incorporavit, ut ab Impp. perpetuò regeretur, & Viridarium Imperij appellavit, pro CL. millibus florenorum ViceComiti vendidit, ſicque concluſit ſecundum angulum Imperij, ut pater primum angulum labefactavit, ſcil. regnum Arelatenſe; & uterque pater & filius libentiſſimè totum reſiduum imperium vendidiſſent, ſi emptorem reperiſſent. [Theod. à Niem. *tr. 6. Nem. c. 33.* Argentorat. *Conſil. XI. n. 93. vol. 1.*] Cognomentum ignavi ex re habuit, fuit enim ſecors ac planè diſſolutus, ob eamque cauſam Imperio motus; à Bohemis quoque aliquoties rejectus, & in carcere detentus; in quo aliquando rogatus: *Quid inter captivum & regem intereſſet*, liberè reſpondit: *Nullum eſſe diſcrimen, quàm quòd rex de terrenis cogitaret, captivus de cœleſtibus: tunc vivebam mihi*, inquit, *nunc DEO.* Engelgr *part. 1. pag. 315.* Mortuus eſt Pragæ in mediis furoribus concitatæ plebis Huſſiticæ, correptus paralyſi, anno vitæ 57. Chriſti 1419. WENCESLA'

Sigiſmundus fratri ſucceſſit, contra quem Iohannes à Troſenaw, Ziska dictus, primò monoculus, deinde cœcus, religionem Huſſi acriter defendit. Unicam habuit filiam Eliſabetham, heredem Regnorum, & Ducatus Luzemburgici; hæc nupta Alberto Archiduci Auſtriæ, mater facta eſt Eliſabethæ uxoris Caſimiri Poloniæ Regis, qui jus ſuum in Luzemburgenſem ditionem vendidit Carolo pugnaci Duci Burgundiæ: & Annæ, nuptæ Wilhelmo Saxoniæ Duci, qui pro eadem regione cum dicto Burgundo bella geſſit, & tandem eidem jus ſuum vendidit. Albertus ſolo biennio regnis potitus, moritur uxore prægnante relictâ, quæ poſtea filium enixa eſt Ladislaum. Bohemi aſſerentes *Infantem regno inutilem eſſe, regem à regendo dictum, qui regendus ſit, regem vocari non poſſe*; antequam Ladislaus adoleſcat, longum tempus effluxurum, poſſe interim regem aſſumi, qui per ſe regat. Itaque Albertum Bavariæ Ducem, qui adoleſcens in Wenceslai regia apud Sophiam patris ſororem educatus, linguæque Bohemicæ peritiam aſſecutus, genium etiam gentis imbiberat, ad regnum ſuſcipiendum invitant: verùm is negavit pupilli rivalem ſe futurum, & mori ſe malle, reſpondit, quàm illud ſuſcipere. Mox Fride- S[illegible]s.

ricus Cæſar ad hereditatem Ladislai vocatus, nunquam audire ſuſtinuit, quòd parrueli præjudicium faceret: ſuaſitque oratoribus ad ſe miſſis, ut ipſi per ſe provinciam regerent, donec pupillus adoleſceret. Inde regna Ladislai diſtributa in tres partes, Hungaria adminiſtranda datur Iohanni Hunniadi, Bohemia Georgio Podiebracio, Auſtria Ulrico Ciliæ Comiti.
LADISLAUS. Ladislaus randem 1452. 28. Octobr. Pragæ Rex coronatus, quinquennio poſt repentino morbo concidit, ut ſupra dictum.

Eo defuncto jus in regnum varij prætenderunt, Cæſar, Albertus, & Sigiſmundus Archiduces Auſtriæ, Caſimirus Rex Poloniæ, cui ſoror Ladislai nupta erat, Wilhelmus Saxo, qui alteram ſororem natu majorem in matrimonio habebat; ſed & Rex Galliæ, qui filiam Ladislao deſponderat, regnum alteri ex filiis ſuis prenſabat. His omnibus neglectis GEORGIUS PODIEBRACIUS. Georgius à Kunſtad Podiebracius rex pronuntiatur 2. Mart. 1458. cujus filios Fridericus Imp. gratitudinis ergo Duces Monſterbergenſes creavit, quòd à patre ex obſidione civium Viennæ liberatus fuiſſet. Obiit 1470. 22. Maji.
ULADISLAUS. Succeſſit huic Uladislaus Caſimiri Poloniæ R. filius, qui regnum laudabiliter adminiſtravit, & reliquit filium Ludovicum, ad Mohazium à Turcis cæſum, qui ſucceſſorem habuit in utroque regno ſororium Ferdinandum Auſtriacum; FERDINANDUS I. qui filium Maximilianum in Regem coronari vidit Pragæ 1562. 20. Sept. MAXIMILIANUS. Rudolphus vivente itidem patre Maximiliano Rex RUDOLPHUS. Bohemiæ & Hungariæ deſignatus & coronatus eſt, & feliciter gubernavit regnum annis 36. quod moriens 1612. 10. Ian. reliquit fratri ſuo Matthiæ, MATTHIAS. qui cùm nullam ſpem ſuſcipiendæ prolis haberet, ac jure Auſtriacæ familiæ ſuccedere ipſi deberent Alberrus & Maximilianus ejus germani, ſed & hi ſteriles ſenuiſſent, ad ſucceſſionem vocari permiſerunt Bohemi proſapiæ proximum Ferdinandum, FERDINANDUS II. qui 19. Iun. 1617. coronatus, menſ. Auguſto, cum Cæſare, & Maximiliano Archiduce Dreſdam ad Electorem conceſſit, qui magnificentia tantis hoſpitibus digna illos octo diebus tractavit. Cùm Ferdinandus anno 1619. 8. Aug. Rex Romanorum renunciatus, & 9. Sept. coronatus eſſet, Bohemi eum regno abdicant, & de alio rege eligendo conſilia ineunt; Propendebant primùm ad Elect. Saxoniæ, dein ad Ducem Sabaudiæ, mox Daniæ Regem, ultimæ neceſſitati reſervantes Fridericum Palat. quem deniq; Regem eligunt, & 4. Nov. 1619. coronant; atq; anno inſequenti 19. Apr. Pragæ in Comitiis ejuſdem primogenitum Fridericum Henricum, adhuc infantem, in regem & ſucceſſorē patri deſignant. Sed hic an. 1629. 7. Ian. in trajectu fluv. Tejæ propè Ambſtelodamum ſuffocatus eſt. Pater deinde regno ejectus, per XII. annos continuato exilio Moguntiæ, menſ. Nov: ſupremum diem obiit.

Ferdinandus verò ſubjugata Bohemia menſ. Novemb. 1627. filium FERDINANDUS III. Ferdinandum Erneſtum Regem Bohemiæ renuntiat, nullâ formâ electionis ſervatâ, ſed abſoluto juſſu, juxta novam pragmaticam perpetuæ hereditatis. Huic ſucceſſere in regno filij, Ferdinandus IV. 1646. & eo, anno 1654. 9. Iulij defuncto, LEOPOLDUS I. LeopoLDVs I. IMperII
soL.

∞§[?]§∞

REGES

REGES POLONIÆ.

Lescus II.

LEſcus II. ſub cujus ſtirpis benè auſpicato imperio res Polona (ſi credimus Ludovico Decio antiquitatum Polonicarum ſcriptori, qui Piaſti tempora refert ad Iuliani Cæſaris imperium) annis propè M. floruit, ex concubinis xx. filios ſuſcepit; ex uxore a. Popielum, cujus filius Popielus II. 20. patruos ſuos veneno ſuſtulit, ſed dein à muribus ex illorum cadaveribus natis, unà cum uxore & duobus filiis abſumtus fuit, circa annum Chriſti 823.

Piastus.

Poſt enm eligitur Piaſtus Cruſphiciæ oppidanus, agello modico colendo vitam ſuſtentans, homo ſimplex & juſtus; & deinceps per annos amplius quadringentos non ex alia familia Rex delectus eſt, quàm quæ à Piaſto duxit originem. Ultimus familiæ fuit Caſimirus M. qui Appellationes ex regno Poloniæ Magdeburgum & Halam inhibuit 1356. locando jus provinciale in Caſtro Cracovienſi, ut illuc omnes in appellando recurſum haberent. Idem Nepotem ex ſorore Eliſabetha, Caroli Hungariæ Regis uxore, Ludovicum, in regnum Poloniæ adoptavit, qui diadema etiam conſecutus eſt anno 1370. mortuus 1382. 11. Septembr. relictis duabus filiabus, Maria, Sigiſmundo poſt Hungariæ Regi nupta, & Hedwige, à patre Wilhelmo Auſtriæ Duci promiſſa. Mortuo autem Caſimiro, exortis inter Proceres contentionibus, pars Regem renuntiavit Sigiſmundum, pars Ziemovitum Maſoviæ Ducem, alij Wilhelmum ſponſum Hedwigis; tandem Iagellonem Magnum Ducem Lithuaniæ elegerunt, qui in baptiſmo Uladiſlai nomen accepit, & ductâ in uxorem Hedvvige, (quæ antea deſponſata Wilhelmo Auſtriaco, more regio jam cum eo concubuerat: Herberſtein *in Moſc. p. 22.*) regnum ſibi confirmavit; ſed hæc primo in partu mortua eſt. Ex ſecunda uxore ſuſcepit Hedvvigen, Friderico juniori March. Brandenburg. promiſſam, ſed veneno à noverca ſublaram 1431. Tertia Eliſabetha Pilecia, Ottonis quondam Palatini Sendomirienſis filia, vidua provectæ jam ætatis, & complurium virorum thoros experta, quippe quæ virgo propter magnitudinem dotis à Moravo quodam rapta, eique aliquando poſt ab alio quodam Moravo itidem erepra, & interfecto priore raptore, in loco juſtæ uxoris habita, ad extremum Vincentio Granovio Caſtellano Naclenſi nupſerat, ex quo etiam filium Iohannem genuerat. Quo tam impari matrimonio magnam nomini ſuo infamiam tam apud ſuos, quàm exteros aſperſit; hac dein publica omnium ordinum, præterquam regis, lætitia mortua, quartam uxorem duxit Zoncam Ruſſam, poſtea Sophiam dictam 1422. quæ nonagenario 1424. pr. Cal. Nov. peperit Uladiſlaum. Anno 1426. alterum filium Caſimirum, intra annum vertentem mortuum. Cùm tertium gravida eſſet in decrepita regis ætate, in ejus pudicitiam, ut inquireret, Regem frater Vitoldus, ſive odio reginæ, ſive cupiditate regni induxit; ſed illa ſuo ipſius, & ſeptem honeſtarum & nobilium fœminarum jurejurando ſe purgavit, & non mulrò poſt filium peperit, cui Andreæ Caſimiro nomē fuit. Cùm Rex a. regnaſſet annos duodequinquaginta, & tres fere menſ. ob. 1434. 31. Maj. abſtemius omni vitâ ſuâ, nec niſi aquæ potu uſus, cibi appetentiſſimus, itemque balnei, ſic ut alternis diebus eo uteretur. Cultum corporis neglexit, neque aliis quàm agnellinis pellibus & laneis ferè veſtibus uſus.

Hungari & Poloni eundem regem ſæpius habuerunt: ſed Polonis ea res nunquā expedivit. Rex enim ſi duorum regnorum cura diſtentus eſt, utrumq; eodem ſucceſſu adminiſtrare non poteſt.

Uladislaus

Uladiſlaus ejus primogenitus impubes in Regem eligitur, ita ut Sophia mater & primores ſacri pariter & profani ordinis, pro eo fidejuberent,

nec eum prius ad gubernacula regni admitterent, quam jusjurandum ritè præſtitiſſet, [neque enim ab impubere jusjurandum dari poterat,] quod ſolenniter fecit cùm xv. annum attigiſſet, amotiſque tunc ab adminiſtratione curatores, ſive proviſores. Mortuo Alberto Imp. & Hungariæ R. 1438. [diſenteria ex immoderato eſu peponum contracta] ad Hungariæ regnum evocatus contra Ladislaum Alberti f. poſtumum. Cumque Budam venit, ſublatum de more gentis in humeros, acclamante populo, regem renuntiârunt. Turcam aliquoties profligavit, & pacem petenti, inducias x. annorum gravibus conditionibus dedit, quas cùm ipſe ſuaſu Iuliani Cardinalis violaret, commiſſo ad Varnam vicum Bulgariæ prœlio, ab Amurathe II. victus, miſerè periit, 10. Nov. 1444. cæſis ſimul principibus & prælatis quamplurimis, cum triginta millibus Chriſtianorum. Turca a. tunc per Boſphorum Thracium trajicere claſſem non potuiſſet, niſi Genuenſes in ſingula Turcarum capita aureo nummo accepto id permiſiſſent.

Casimirus. In defuncti Regis locum Proceres Poloniæ dein fratrem Caſimirum Lithuaniæ Ducem ſurrogârunt, qui cùm primò renueret & cunctaretur, Boleslaum Maſoviæ Ducem regem creârunt. Mox cùm Caſimirum pœniteret tergiverſationis, abrogatâ Boleslai electione, in illum turſus animos inclinant, & 26. Iunij 1447. ritu ſolenni coronant. Huic regi Pruſſi, permoti magnitudine injuriarum & contumeliarum à Cruciferis illatarum, ſeſe dediderunt, & à rege in fidem accepti ſunt. 1454. quo anno 10. Feb. Rex duxit in uxorem Eliſabetham Alberti Imp. fil., cui dos centum millia aureorum nummûm fuit promiſſa, eâ conditione, ut ea penes regem remaneret, etiamſi illa ſine liberis deceſſiſſet; nec tamen ea numerata eſt. Variis poſtea prœliis decertavit cum Cruciferis alternante fortunâ Caſimirus, ſæpius tamen victor, donec anno 1466. Magiſter Ordinis cum ſuis Cruciferis in fidem & clientalem ejus ſe dedit. Ex uxore ſex filios, totidem filias reliquit in ſchemate notatas. Obiit 7. Iun. 1492. regnavit annos 45. vixit 64.

Iohannes Albertus. Caſimiro ſepulto, Proceres 27. Aug. Iohannem Albertum filium regem renuntiârunt. Præceptorem habuit adoleſcens Philippum Callimachum Thuſcum natione. Rex factus, hujus arbitrio magiſtratum & honores conceſſit, & res pleraſque omnes publicas & privatas geſſit, quâ re ingentem invidiam ſibi apud Polonos conflavit: & ita ſanè hoc fit, ut qui principem, aut aliquem gratiæ locum apud Reges & monarchas obtinent, difficulter invidiam & obtrectationes hominum vitare poſſint, quibus nonnunquam perculſi è ſummo gradu in imum decidunt. Neque enim facere poſſunt, quin multos offendant, dum quibuſdam prodeſſe ſtudent. Amoribus & compotationibus prætereà idem Rex indulſit; cumque quodam tempore noctu in urbe, uno aut altero miniſtro comitatus, abſque lucerna obambularet, & in ebrios juvenes incognitus forte incidiſſet, exorto jurgio vulnus accepit: ex quo aliquamdiu laboravit, ita ut immemor conditionis & dignitatis ſuæ, plaga illa non, ſine dolore & rubore, officij ſui divinitus admoneretur. Cùm a. novem annos regnaſſet, cœlebs apoplexia extinctus eſt 17. Iun. 1501.

Alexander. In ejus locum Poloni Alexandrum fratrem Lithuaniæ Ducem regem creârunt, & coronârunt 12. Dec. 1501. qui regnavit annos v. vixit quadraginta ſex. Ob. 19. Aug. 1506. Liberalitate fratres omnes ſuperavit, imò prodigalitate, ita ut in tempore eum deceſſiſſe dicerent, priuſquam Poloniam & Lithuaniam omnem prodigeret. Eodem anno Michael Glinskius in Lithuania inſignem victoriam de Tartaris obtinuit, viginti millibus cæſis, totidemq; captis. Cùm a. ægrotare inciperet, Sigiſmundum fratrem è Sileſia Alexander Rex evocavit, cui habenas regni concederet. Hic ab ineunte ætate mollitiei deliciiſque minimè aſſuefactus, craſſioribus cibis ac

pannis

pannis caprinisque pellibus innutritus, per omnem vitam æſtus, frigoris, inediæ, laboriſq; patientiſſimus fuit. Ab infantia quoq; ad ſenectutem uſq; patris aviſque inſtituto planè abſtemius & aquæ potor fuit; ingraveſcente verò ætate ſuaſu medicorum vinum bibere didicit. Florentiore ætate inter manus fregit ferreas equorum ſoleas, craſſiores funes canapeos rupit, baliſtas manu intendit, luſoriarum chartarum faſciculos diſcerpſit. Electus in regem 1506. 8. Dec. coronatur 1507. 24. Ian. Bella geſſit cum Turcis, Moſchis, Tartaris, quorum exercitus fudit & profligavit; cum Cruciferis nunquam niſi proſperè dimicavit. Magiſtrum Ordinis Albertum Marchionem Brandenburgicum ſororis ſuæ filium, quo omnem deinceps rebellandi occaſionem tolleret, Ducem creavit, & hereditarium ei Principatum Pruſſiæ conſtituit 1525. Turcicum bellum omni honeſtâ ratione ſemper declinavit, nec audivit Iulij II. Leonis X. Adriani VI & Clementis VII. Pontificum preces & exhortationes ad id ſuſcipiendum incitantes. Regna à Suecis, Hungaris & Bohemis delata, recuſavit, ne ſe patriamque ſuam novis & periculoſis bellis implicaret. Obit 1548. 1. April. anno regni quadrageſimo primo menſ. 2. d. 7. æt. 81. Frater ejus Fridericus ingenio nullo, iners, aſſiduis compotationibus marceſcens, ad extremum morbo Gallico confectus eſt, *teſte* Mathia Miechovienſi medico. SIGISMUNDUS.

Sigiſmundus Rex cùm à Proceribus obtinuiſſet, ut in ſucceſſionem filij unici Sigiſmundi Auguſti, ſe vivo conſentirent, puer novennis regio diademate inſignitus, vivo patre Lithuaniam gubernandam ſuſcepit. Prima uxor Eliſabetha Ferdinandi Imp. filia, 6. Maji, 1543. quæ indignè à marito tractata, immaturâ morte & improlis obiit 15. Iun. 1545. Secundam Barbaram, Georgij Radzivilij Caſtellani Vilnenſis filiam, Staniſlai Gaſtoldi Trocenſis viduam, clam patre, & inconſulto invitoque Senatu regni duxit, brevi quoq; è vita ſublatā, poſtquam diadema regium, accurante marito, Proceribuſque convenientibus ſuſcepiſſet. Hâc quoque defunctâ ad redintegrandam, cum Ferdinando ſocero graviter offenſo ob malam tractationem filiæ, conjunctionem & affinitatem converſus, conjugio ſibi copulavit Catharinam, germanam ſororem primæ uxoris, Franciſci Ducis Mantuæ viduam, nuptiis celebratis Cracoviæ 31. Iul. 1553. Carolus V. muneri miſit ſponſæ duo, ut vocant, Clenodia, modico torqui appenſa, quorum alterum fuit Adamas, ſemibacij, alterum quartæ partis thaleri magnitudine, cujus una facies Aquilam bicipitem, altera columnas Herculis, cum ſymbolo: *PLVS VLTRA*, expreſſas, repræſentavit, quæ clenodia (peritis gemmarum mangonibus ea ſolerter æſtimantibus) XV. M. aureorum nummum pretium ſuperaſſe celebratum eſt. Ex his trib. uxorib. nullam prolem maſculam Sigiſmundus ſuſtulit, ſed in eo I[illegible]nica ſoboles defecit. Deceſſit Knyſiniæ, quo ſe Varſovia Lithuaniam inviſurus contulerat, an. 1572. 7. Iul. cùm vixiſſet annos 52. regnaſſet 25. Huic Regi Gotthardus Ketler è Weſtphaliæ nobilitate, Magiſter [illegible] in Livonia, deſertus ab Imperio, cujus auxilium miſſis aſſiduè Legatis imploraverat, ſe ſubjecit, poſt ceptum ordinem anno trecenteſimo quinquageſimo ſeptimo, & Dux Curlandiæ & Semgalliæ creatus eſt. SIGISMUNDUS AUGUSTUS.

Defuncto ſine filiis Rege, Poloni, qui libentius peregrinum, quàm [illegible] regem ferunt, præterquam, quod & ſacramento omnibus patriciis [illegible] ſ[illegible]olis via ad regnum intercluſa dicatur [Eveth. à Weihe. *in Diſ[illegible]. Pol[illegible]. utrius regni conditio &c.*] Regem ſibi eligunt Henricum Andegavenſem, Henrici II. Galliæ R. filium, qui Cracoviam veniens 18. Febr. [illegible]4. corona regni inſignitus eſt. Hic cùm tres menſes, XXVI. dies regnaſſet, acceptis de obitu fratris Caroli IX. Galliæ R. Reginæ matris literis, convivio Regali inſtructo Proceres regni invitavit, idque morè gentis HENRICUS ANDEGAVENSIS.

tis in noctem uſque protractum, ubi rex velut mero largius hauſto fatigatus in cubile quaſi ad quietem ſecedens, conſcenſis citatis equis cum duobus domeſticis Gallis è Poloniæ finibus elapſus, in Franciam evaſit. Cùm reverti nollet, publico decreto abdicatur, & in conventu publico, reliquis candidatis neglectis, regem ex ſanguine Polono creandum cenſentes, Annam Sigiſmundi Auguſti ſororem, virginem quinquagenariam regno præficiunt, hâc lege, ut non niſi aſſentiente Senatu, viro, qui unà cum ea regnaret, nubat. Itaque ei aſſentienti, & cupidè volenti Stephanum Bathoræum Tranſylvaniæ Principem adjungunt maritum, additâ regni dote, ipſumque 1. Maii, 1576 diademate regio inſigniunt. Hic poſtea Livoniam ferè totam auxilio Germanorum Moſcho ademit, Polociam recuperavit, & barbarum illum Baſilidem, tyrannide inauditâ nobilitarum, in eas angnſtias intra exiguum tempus redegit, ut duras pacis conditiones acceptârit. Princeps ſi pacis artes, aut bellicam fortitudinem ſpectes, nulli ſecundus. Confinium regni Poloniæ ſecuritati proſpexit militia Coſacorum, quæ potius latrocinij ſpeciem præferebat, melioribus legibus ordinata. Sunt autem Coſaci ſpecies ex militiarum Polonicarum genere, nempe militia celerum, ſeu levis armaturæ, dicti à Koſa, quæ latinis Capra, quaſi qui æquent aut aſſimilent capram agilitate, & curioſitate penetrandi in acceſſa; ac quicunque per Poloniam apud regem, aut Principes, aut etiam in exercitu ſtipendia levioris armaturæ merentur, Coſacij appellantur, iiſque arma, arcus & pharetra, acinaces, & nunc etiam bombardis ac loricis ferreis utuntur. Omnes autem ſunt Poloni, aut ex provinciis Poloniæ oriundi, & illi, qui jam ſocietatem Côſacam Zaporovianam repræſentant, ex provinciis Poloniæ Ruſſicis vicinioribus Cherſoneſo Tauricæ prodeunt &c. Piaſ. *p* 45. Quòd a. uxorem haberet vetulam connubio inutilem Stephanus, nec ſpes prolis ſupereſſet, mœrore conſumebatur, & totus ad agnatos converſus, eos ad ſucceſſionem regni deſignabat; ad eam rem perficiendam, cùm comitia generalia indixiſſet, 13. Decembr. anno 1586. inopinato epilepſiæ morbo, imprudentiâ medici neglecto, extinctus eſt Grodnæ.

STEPHANUS BATHORÆUS.

Defuncto Stephano varij competitores regni erant; Præcipui Maximilianus Archidux Rudolphi Imp frater, Sigiſmundus Johannis III. Sueciæ R. & Catharinæ Jagellonicæ filius, Johannes Baſilij filius, Moſchorum Princeps, ſed, & Tartarorum Chan per Oratorem ſuum intervenit, dixitque: *Potentem ſe eſſe, & poſſe myriades aliquot equitum educere è ſua terris, Poloniæ vel augenda vel tuenda. Item frugalem ſe & continentem eſſe, ac ſine ullis ciborum deliciis, ſolâ carne equina in fame contentum* Quod ad religionem, de qua diſputari audiebat: *Tuus*, inquit, *Pontifex, meus Pontifex eſto, Tuus Lutherus, meus Lutherus eſto* Tandem diſcordibus ſuffragantium animis duo reges renuntiantur, Sigiſmundus, & Maximilianus H[illegible]ptior venit cum exercitu, & Cracoviam obſidione preſſit. Inde cùm Zamoſcius cum ſubmoveret, Sigiſmundus coronatur 27. Decembr. 1588. Maximilianum porrò exercitum in Sileſiam reducentem idem Zamoſcius perſequitur, ad Bryezynam prœlio vincit, & captivum detinet, donec titulo regio & omni juri renunciaret; præterea æquiſſimis conditionibus abſque λύτρῳ dimiſſus eſt; quas *vide apud* Iſthuanf. *lib.* 26. *p* 573. Sigiſmundus a. 26. Maji 1592. uxorem duxit Annam, Caroli Archiducis Auſtriæ [illegible] pompa majeſtatis plena, quæ coronatur trigeſimo die ejuſdem menſis. Cum ea dein, impetrata facultate ab Ordd. regni, in Succiam profectus ad ineundam poſſeſſionem illius regni, hereditate paternâ ſibi debiti, Patre Johanne III. 27. Nov. 1592. defuncto, Upſaliæ coronatur ibid. 1594. nec multò poſt Regina ibi pepetit maſculum, non diu ſuperſtitem. Compoſitis rebus Succiæ, in Poloniam rediit, ubi 9. Iunij 1595 Anna Regi genuit

SIGISMUNDUS.

nuit filitim, cui pater nomen dedit Uladiſlai Sigiſmundi. Eodem anno Tattatos per Zamoſcium vicit parvâ manu, ſeptem millibus, cum ſeptuaginta duobus millibus congreſſus, quos pacem petere coegit. Inteſtinos motus in Polonia compoſuit, ſed non ſine ſanguine. Suecicis verò motib' ſera nimis remedia adhibuit. Per filium Uladislaum principem bellicoſum, & laboris patientiſſimum, Ducatum Severienſem, cum Smolensko & territorio Ozernokowa cc. milliarium in longitudine, 60. in latitudine, recupetavit, & poſtlimino regno ſubjecit. Regina Anna 4. Id. Febr. 1598. in puerperio Varſaviæ obiit, annos nata xxv. fœtus vivus ex alvo mattis exſectus, cui in ſacro lavaero Chtiſtophori nomen ſacravetat patens, non amplius horæ ſpatio ſuperſuit. Thuan. *lib.* 120. *pag.* 892. Secundas nuptias celebravit cum Conſtantia defunctæ uxoris ſorore germana 4. Dec. 1605. incredibili pompâ, & inauditis ſumptibus. Ex hac plutes genuit libetos notatos in ſchemate. Princeps fuit omnibus pietatis & regnandi virtutibus conſummatus, vultu majeſtate pleno, & toto corporis habitu venerando, tam in adverſis, quàm proſperis ſibi ſemper ſimilis. Deceſſit 30. Apr. 1632. æt. 66. Uladislaus primogenitus abſens de ejus morbo ubi audivit, nihil cunctatus, vix ſpirantem invenit, ejus tamen manu impoſitam capiti ſuo coronam Succiæ accepit.

Quantumvis a. teges Poloniæ non naſcantur, ſed per libera ordinum ſuffragia eligantur, innata tamen ei genti ſemper talis erga Regium ſanguinem obſervantia, ut nunquam prolem ſuperſtitem regiam in eligendo novo rege prætererit, imò eam ſemper omnibus aliis competitoribus prætulerit. Et quamvis Guſtavus Rex Succiæ, qui Competitorem habuit Albettum Wallenſteinium, qui bellum per x. annos contra Guſtavum tegem Succiæ ſuis ſumptibus ſe geſturum promiſit, per Legatos ſuos Ordinibus regni perſuadere conatus fuerit, ut non eligetent tegem ex Regis Sigiſmundi filiis, niſi iſti prius renunciarent hereditati regni Succiæ; hâc etiam ratione tenovari poſſe cum tegno Poloniæ perpetuam pacem: Tamen 13. Nov. 1632. electus fuit Uladislaus, & 6. Febr. anni ſequentis ſolenni ritu coronatus. Hic cum de ducenda in uxorem filia Friderici Palatini Rheni, cum Senatoribus regni deliberationem inſtituiſſet, In Angliam & Hagam Comitis ad virginis mattem Legatos miſit, ad explorandam ipſius volnntatem de ſuſcipienda fide Catholica Romana. Cùm a. Legatus de obfirmata ejus contra fidem Catholicam voluntate retuliſſet, animum adjecit ad Ludovicam Mariam Nivernenſis Ducatus in Gallia heredem, Catoli Gonzagæ Mantuæ Ducis filiam; tandem conſentiente Senatu duxit Cæciliam Renatam Ferdinandi II. Imp. avunculi ſui filiam 1637. ex qua ſuſcepit 1. Apr. 1640. filium Sigiſmundum Caſimirum denominatum. Anno 1642. ſorotem ſuam Annam Cathatinam in matrimonium collocavit Philippo Wilhelmo Principi Palat. Neoburg. qui cum ca[illegible]ngentem pretij Gazam, æſtimatam duobus millionibus imperialium thalerorum, in pecunia ac ſuppellectili autea, argentea, mundoque omnis generis precioſiſſimo, aſportavit. Secundo partu regina edidit fœminam 1643. menſ. Ianuario, poſt paucos dies extinctam, & demum ipſa circa tertium partum abortivum ob. 24. Matt. 1644. Anno 1645. inſtituit Rex Thorunij colloquium diſſidentium in religione cum Catholicis, in quo etiam ex Germania frequentes adfuerunt Theologi tam Lutherani, quàm Reformatæ Religionis. *Cujus Colloquij Acta typis divulgata exſtant.* Anno ſequenti 1646. 11. Martij duxit Ludovicam Mariam Nivernenſem Duciſſam, coronatam 15. Iulij ejuſdem anni. Eodem quoque anno emit à Ferdinando III. in Sileſia Ducatus Opolice & Ratiboriæ cum ſuis tetritoriis, numerata pecunia duodecies centum millibus florenorum. Obiit 20. Maji, 1648. Merecij in Lithuania, anno ætatis LII. menſ. 2. d. 2. oppreſſus

N febri

febri malignâ, quam medici imperiti propinatione Antimonij malè præparati, auxerant. Ex ſecunda uxore nullos reliquit liberos.

IOHANNES CASIMIRUS.

Huic unanimi Procerum conſenſu ſubſtituitur Rex frater Iohannes Caſimirus, quem ex Societate Ieſu aſſumptum Pontifex Cardinalem creaverat, & hic paulò ante dignitatis Cardinalitiæ inſignia ad manus Papæ remiſerat, ſub initium anni 1649. ſolennibus ceremoniis inauguratus, ex diſpenſatione Innocentij X. defuncti fratris viduam, Ludovicam Mariam uxorem duxit.

DUCES BAVARIÆ.

LUDOVICUS SEVERUS. *Vide* Cuſpinianum *de Nicolao Bock Legato Braad p.368.*

LUDOVICUS *Moguntiaus & Treviranſis, Johannes Bohemia R. &* Woldemarus Brandenb. *elegerunt Ludovicum, & Aquiſgrani coronârunt, Colonienſis, Saxo & Rudolphus Palatin. Fridericum Auſtriacum, quem conſecrârunt Bonnæ.*

LUdovicus Severus ex Mechtilde Rudolphi Habsburgenſis filia duos habuit filios, Rudolphum, auctorem omnium Principum & Comitum Palatinorum ad Rhenum, & Ludovicum, unde originem ducunt hodierni Duces Bavariæ.

Hic ſeptennis patrem amiſit, & Viennæ ſub tutela matris educatus fuit, poſt mortem Henrici VII. Francofurti ab Electoribus Cæſar ſalutatus 1314. 18. Octobr. fratrem Rudolphum ditione expulit, ob negatum in electione ſuffragium, ſed filios reſtituit. Bellum annis octo geſſit cum Friderico Auſtriaco competitore, vix prœliis quinque ſopitum, hoc ad Muldorfium 28. Sept. 1323. capto. Nati ſunt Ludovico ex Beatrice Henrici IV. Ducis Glogovienſis filia, Ludovicus, & Stephanus fibulatus cognomine. Ex Margareta Wilhelmi III. Hollandiæ & Seelandiæ Comitis filia & herede, Wilhelmus, Albertus, Ludovicus Romanus dictus, quod Romæ in lucem editus eſt matre coronatâ, & Otto. Inter hos ditiones ita diſtribuit: Defuncto Woldemaro ultimo Marchione Brandenburgenſi è ſtirpe Alberti Urſi, regali authoritate Marchionatum contulit Ludovico natu maximo, eique uxorem dedit Margaretam Henrici Carinthij Bohemiæ regis filiam, à repando ore Maultaſchin dictam, matrem Mainhardi Tyrolis Com. qui cœlebs † Bellum a. Ludovicus geſſit totis 9. annis cum Pſeudo-Woldemaro, Johanne Rebock molitoris filio, & ejus fautoribus Anhaltinis & Saxonibus. Pertæſus bellorum Marchiam fratri Ludovico Romano reliquit, contentus agro Tirolenſi. Hic cum ſine liberis deceſſiſſet, ſucceſſit ei in Marchionatu Otto frater, & cùm liberis etiam careret, totum diſtrictum Marchiæ ſocero ſuo Carolo IV. pecunia non magna (ſex millibus aureorum, *ut ſcrib.* Arniſ *in rel Pol cap. 2 ſect. 4. pag.* 371. ducentis millibus aureorum Ungaricorum ſecundum Aventin. *libr. 7. Annal pag.* 658. Gans S. I. *arbore 7. arboreti pag.* 35.) vendidit, reſervata ſibi Electorali dignitate & prærogativa ſuffragii, quam pecuniam cum Gretula molitrice Bavara lepidè conſumſit; Wilhelmo a. & Alberto Belgicam ſortem attribuit.

STEPHANUS FIBULATUS.

Stephanus fibulatus ceteris fratribus ſuperſtes avitas terras poſſedit, & tribus filiis ex Eliſabetha Siciliæ regina ſuſceptis Bavariam diviſit: Stephano obtigit ea pars, quæ ſita eſt propè Ingolſtadium: Friderico, quæ propè Landshutam, ſeu Bavaria inferior, Johanni, quæ adjacet Monachio, ſeu Bavaria ſuperior. Stephanus II ex Thaddæa Galeatij Vice-Comitis Mediolanenſis filia, tres reliquit liberos, Ludovicum barbatum, Iohannem Epiſcopum Ratisbonenſem, & Eliſabetham Caroli VI. Galliæ Regis uxorem. Ludovicus ad ſororem in Galliam profectus ibi uxores duas duxit. Inde poſt patris mortem in patriam rediens, multa cum patruelibus bella geſſit, etiam 1443. cum proprio filio cognomine (quem

exhere-

exheredate voluerat alio illegitimo in ejus locum ſubſtituto) à quo Neoburgi ad Danubium captus eſt; hujus impietatis pœnas dedit ſubitâ morte anno 1445. Patrem Ludovicum Albertus Marchio Brandenburg. Neoburgo Onolsbacum abduxit, eundem poſt Henrico Landshutenſi triginta duobus florenorum millibus vendidit, qui captivum Bruckhuſium duxit, ubi in carcere obiit 1447.

Fridericus Landshutenſis Henricum genuit, qui in juventute apud Cruciferos in Pruſſia militavit; rei familiaris parcus & diligens magnas opes collegit, unde dives dictus; bona redempti Lud. barbati occupavit, mœnia Ingolſtadij dilataravit, obiit 1450. **Henricus Dives.** Ejus filius Ludovicus ob immenſas divitias itid. divitis cognomen ſortitus, maxima bella geſſit, inprimis cum Alberto March. Brandenburg. Achille Germanico, ubique victor & triumphator. Solo interventu ſuo Principum & Dynaſtarum jurgia compoſuit, & ſtrictos jam gladios inhibuit atque repreſſit. **Ludovicus Dives.**

Georgius Dives, Princeps religioſus, & muſarum patronus Academiam Ingolſtadienſem condidit 1490. cum eo linea Ducum inferioris Bavariæ defecit 1502. **Georgius Dives.** Duxerat 1475. Hedwigen, Caſimiri Poloniæ regis filiam, cum dote triginta duûm millium aureorum promiſſa, ſed non exſoluta; Ex hac filiam Eliſabetham deſpondit Ruperto virtuoſo, Philippi Elector. Palat. filio, & dotis loco legavit præter auri & argenti vim immenſam & ſuppellectilem planè regiam, Bavariam inferiorem. Vnde bellum illud Bavaricum ortum eſt 1504. quod tamen anno ſequenti in Comitiis Colonienſibus à Maximiliano Cæſare compoſitum, & Philippus Elector, Ruperti virtuoſi veneno necati pater, à Cæſare in gratiam receptus.

Iohannes Monacenſis filios habuit duos, Erneſtum & Wilhelmum, **Iohannes.** qui cum Ludovico barbato grave bellum geſſerunt, ambo mortui Monachij, hic 1436. ille 1438. Erneſti filius *Albertus* cognomine *Pius*, apud Venceslaum Regem Pragæ nutritus & educatus, nec linguæ ignarus, oblatum Bohemiæ regnum modeſtè repudiavit, ut qui intelligebat, quanto majus ſit regnum faſtidire, quàm accipere. **Albertus Pius.** In juventute Agnetem Bernavverin Auguſtani tonſoris filiam deperibat, adeò ut eam planè uxoris justæ loco habiturus fuiſſet, & publicè ſolennibus ſacris ducturus, niſi pater id metuens ſententia procerum eâ in Danubio ſubmergi præcepiſſet 12. Octobr. 1436. Duxit poſtea Annam, Erici Ducis Brunſvicenſis filiam, ex qua IX. liberorum pater factus eſt. Horum Albertus IV. cui ſapientia cognomen fecit, patri defuncto ſucceſſit, Georgii divitis agnati ſui teſtamentum impugnavit, & contra Philippum & Rupertum Palatinos bellum geſſit auxilio Maximiliani I. **Albertus Sapiens.** Princeps doctus, prudens, & ingenioſus, ob. 17. Mart. 1508. Ex Cunigunda Friderici III. Imper. filia ſuſcepit tres filios Wilhelmum IV. Ludovicum, & Erneſtum, quinque filias, in ſchemate recenſitas. Ex quibus Barbaram conjugem ſibi petiit Rex Galliæ, ſed repulſam tulit. *vid.* Engelgr. *part.* 2. *p.* 9. 4.

Ludovicus cœlibem vitam egit hereditatis augendæ gratia; ob. 1545. Erneſtus à Johanne Aventino, Bajorum Livio, bonarum artium rudimenta hauſit. Ticini autem à Iaſone Mayno jus civile didicit, & metallicarum rerum notitia omnes Germaniæ Principes ſuperavit. Patavienſium Epiſcopatui annos XXII. poſt & Salisburgenſium Archiepiſcopatui annos X. præfuit, utramque Eccleſiam & ære alieno liberavit, & benè ditatas reliquit. Obiit 1560. 6. Decembr. In Comitatu Glazenſi, quem de ſuo emit, abdicata mitrâ, ultimum ſexennium privatus exegit. Wilhelmus IV. **Wilhelmus IV.** acerrimus defenſor ſuæ religionis, Lutherum ejuſque ſectatores impenſe exagitavit. Cum fratre Ludovico Ferdinandi, Caroli V. fratris, electionem in Regem Rom. improbavit, in animo habens ſi quo modo im-

perialem dignitatem ad ſe transferre, & domui Auſtriacæ ſubtrahere poſſet, vel ſaltem Electoralem dignitatem, quam ambiebat poſt obitum Ludovici Pacifici aſſequi: Sed neutrum à Carolo V. Imperatore impetrare poterat. Communicatis conſiliis deinceps cum Gallo, Saxone, & Haſſiæ Landgravio, clandeſtinum contra Cæſarem fœdus iniit, Germanicæ libertatis tuendæ cauſa, teſtantibus Sleidano, Thuano, & Huberto Thoma Leodio. Ex Iacoba Philippi Marchionis Badenſis filia reliquit heredem.

ALBERTUS. V. Albertum V. Principem ſapientem, & cordatum, pontificiæ religionis ſtrenuum propugnatorem, qui Landsbergæ, Monachii, & Ingolſtadii Ieſuitis Collegium extruxit. Ex Anna Ferdinandi I. Imp. filia in Comitiis Ratisbonenſibus 1546. ducta procreavit ſex filios, & duas filias. Ex his Wilhelmus V. patri ſucceſſit. Ferdinandus natus 1550. 30 Ianua. Franciſci Wilhelmi Epiſcopi Oſnabruggenſis, & Ratisbonenſis, Principis omnium prudentiſſimi, & aliorum XV. liberorum, Comitum à Wartenberg in ſchemate notatorum, pater. Erneſtus Friſingenſis, Hildeſienſis ac Leodienſis Epiſcopus, ac Gebhardo Truchſeſio ob matrimonium cum Agnete Mansfeldica contractum à Gregorio XIII. Pontifice excommunicato & depoſito, Colonienſis Archiepiſcopus, & Elector ad annum uſque 1612. d. 7. Febr. qui ei fatalis & ultimus fuit.

WILHELMUS. V. Wilhelmus V. patris in Zelo religionis æmulus, Auguſtiſſimæ Baſilicæ D. Michaëlis Monachii prima fundamenta jecit Cal. Ian. 1582. ad abſolutiſſimam perfectionem eam deduxit 1597. & Philippum Filium eod. an. inter Cardinales cooptatum primam concionem in hac æde habentem in purpura audivit, & ſpectavit paterni operis præconem. Uxorem duxit Renatam Franciſci I. Ducis Lotharingiæ filiam 1565. 22. Mart. Monachii, ubi 3279. equi convenerant. Ingolſtadii amplum contubernium ſub tutela S. Ignatii extruxit, & ut Collegio Societatis continuaretur bis mille quingentos aureos largitus eſt. Simile ædificium molitus eſt Monachii 1588. Maximiliani filii indolem parem imperio conſpicatus, totam molem principatus in illum inclinavit & reſignavit, & virtutum ejus fortunæque perpetuo ſpectaculo fruitus, illam felicitatis partem, quæ raris principibus à funere contigit, XXIX. annis continuis præcepit; fato functus in Carthuſiano monaſterio prope Ratisbonam 1626. 7. Febr. æt. LXXX. omnium Bavariæ Principum feliciſſimus, quod filios tres in purpura videre illi contigerit, Philippum S. R. E. Cardinalem, qui præmaturo fato ſurreptus, Ratisbonæ, ubi Epiſcopum egit, nobili mauſolæo, fraterno opere, quieſcit, & duos S. R. I. Septemviros. Ex Renata uxore IX. liberorum pater, ex quibus Maximilianus illi ſucceſſit: Ferdinandus Archiepiſcopus & Elector Colonienſis obiit 1650. Albertus ex Landgravia Leuchtenbergica genuit præter alios Maximilianum Henricum ſucceſſorem patrui in Archiepiſcopatu & Elector. Colonienſi, principem ſummis animi & corporis dotibus præditum, & Albertum Sigiſmundum Epiſcopum Friſingenſem.

MAXIMILIANUS. Maximilianus natus Landshuti 17. Apr. 1573. Bavariam rexit vivo adhuc patre annis XXXI. poſt ejus obitum XXV. Eliſabetha Caroli Lotharingiæ Ducis filia prima uxore ſine prole 1635. defuncta, duxit ſororis ſuæ Mariæ Annæ, Ferdinandi II. Imperatoris uxoris, Filiam Mariam Annam, ex qua Ferdinandum Mariam, & Maximilianum Philippum ſuſcepit. Aulam ſuo exemplo antiqua parſimonia compoſitam habuit, ut & ejus frater Albertus, cui annuam penſionem aſſignavit. Fuit prudentia temporis ſui Salomon. Electoratum cum ſuperiore Palatinatu ad Bavariam reduxit, creatus Elector 25. Febr. 1623. ditionem ſuam Comitatu Leuchtenbergenſi, aliiſque dynaſtiis auxit. Obiit Ingolſtadii 1651. 27. Sept. cum

vixiſſet

vixiſſet annos LXXIX. m. 5. d. 10. Paulò ante ejus mortem deſponſata fuit
ejus filio primogenito Ferdinando Mariæ, dignitatis, virtutis & gloriæ he- Ferdinandus Maria.
redi ac ſucceſſori, Princeps Henrietta Adelheidis Sabaudiæ Duciſſa,
Victoris Amedei Sabaudi filia, heroica
& virilis animi fœmina.

COMITES ET ELECTORES PALATINI.

OTto IV. Ludovici I. Ducis Bavariæ, Straubingæ conditoris, filius, Otto IV.
Ottonis majoris, conditoris Kelhaimii, qui à Friderico I. in locum
proſcripti Henrici Leonis Dux Bavariæ creatus, nepos, ducta A-
gnete Henrici Saxonis & Palatini Electoris filia & herede, Palatinatum
Rheni adeptus eſt. Ex ea ſuſcepit Ludovicum Severum, qui tres habuit Ludovicus
conjuges. Prima fuit Maria Henrici Magnanimi Brabantiæ Ducis filia, Severus.
quam ob ſuſpicionem adulterii cum Ruchone Comite Sylveſtri commiſſi, Avent. lib. 7. fol.
indicta cauſa ſecuri percuti juſſit, & Helicam Brennebergiam nobilem vir- 558.
ginem tanquam conſciam pugione transfodit, Gynecæi præſidem de turri D. Pareus hiſt.
præcipitavit, tabellarium necari juſſit. Ob quinque hæc funera prima Palat. pag. 163.
ſtatim nocte, quæ cædem ſecuta eſt, tantis curarum fluctibus agitatus &
horrendis viſionibus exagitatus, ut qui XXVII. annorum juvenili & deco-
ra coma, barbaque florente, cum ſe cubitum contuliſſet, ita incanuerit, ut
ſenem ſeptuagenarium manè referret. Ex ſecunda uxore Anna, Cun-
radi Ducis Glogovienſis filia, Ludovicum genuit, qui Noribergæ in haſti-
ludio lancea Craronis C. Hohenlohici perfoſſus interiit 1289.

Tertia uxor Mechtildis Rudolphi I. filia, ex qua plures habuit libe-
ros 1. Rudolphum, 2. Ludovicum Bavarum, de quo ſuprà, 3. Mechtilden
uxorem Ottonis Ducis Lunæburgici, 4. Agnetem nuptam Henrico Land-
gravio Haſſiæ.

Rudolphus uxorem duxit Mathilden filiam Adolphi Naſſovii, in- Rudolphus I.
ter quem & Albertum Auſtriacum (qui imperium paterno jure ad ſe per-
tinere putabat, & filiam ſuam illi petenti denegabat) ſimultates ortas
componere conatus, poſt ſocero ſuo contra Albertum avunculum auxi-
liari manu ſuccurrit, & illo in cruentiſſimo prælio trucidato Wormatiam
vix fuga evaſit, ſupplexque in gratiam receptus eſt. Alberto dein à fratris
filio perfidioſè interfecto, Henricum VII. Imperatorem in Italiam ſe-
quitur, qui cum in ſacra hoſtia veneno à monacho porrecto e medio ſub-
latus eſſet, diſſidentibus electoribus de novo Imperatore, plura vota na-
ctus eſt Ludovicus Rudolphi frater, aliis, & inter hos ipſo Rudolpho, Fri-
derico Auſtrio faventibus; ideò à fratre pulſus in Angliam conceſſit, u-
bi poſt triennium mortuus eſt 1319. Ejus uxor in Auſtria exulans obiit.
Ex illa quatuor ſuſcepit liberos, Adolphum, Rudolphum, Rupertum co-
gnomine Ruffum, & filiam Mathilden nuptam Iohanni Comiti Spanhei-
mio, quos in gratiam Ludovicus Imp. recepit ut ſuprà dictum.

Adolphus cogn. Simplex, quietis amans fratri Rudolpho Electora- Adolphus Simplex
tum Palatinum ceſſit. Ex Irmengarde Ludovici Comitis Ottingenſis fi-
lia ſuſcepit Rupertum, & filiam nuptam Mainhardo Comiti Ortenburgico.

Rudolphus ex ceſſione fratris ad Electoratum pervenit anno æt. Rudolphus II.
XVIII. & per XXVI. annos pacifice ſemper gubernavit. Ex Anna Ottonis
Carinthiæ Ducis filia ſuſcepit Annam Caroli IV. Imp. uxorem. Eccle-
ſiam collegiatam Neoſtadii ad Hartam conſtruere incepit, ſed morte præ-
ventus 1353. æt. 44. fratri Ruperto Ruffo perficiendam, & cum terris E- Rupertus Ruffus.

lectoralem dignitatem ſoli regendam reliquit. [Hic duas habuit uxores, Eliſabetham Comitis Namurcenſis filiam, alteram Beatricem de Bergis] Cumque ſe ingereret Stephanus Ludovici Imp. filius, Carolus IV. Imp. *Hub. Th. Leod. lib. 1. p. 16.* Noribergæ publico judicio aſſidentibus Electoribus declaravit, & edicto cavit, ne quis Electoriam & Archidapiferi dignitatem ſibi vindicare præſumeret, niſi qui prius Palatinatum jure obtinuiſſet. [Et hinc factum ut Comites Palat. continua ſerie IX. Impp ſine Ducum Bavariæ contradictione elegerint.] Præterea Rupertus Elector, qui duas habuit uxores ſteriles, Academiam Heidelbergenſem ad normam Pariſienſis inſtituit 1348. Ei Anno 1390. 16. Februarij. mortuo ſucceſſit Adolphi fratris filius Rupertus cognomine Tenax. Qui patruo ſuo Ruperto Ruffo tranquillitatis publicæ ergò jus Electionis ad dies vitæ permiſit, ſucceſſionis jure ſibi reſervato. Oppida Bavariæ Bohemiæ contermina, quæ Carolus IV. Imp. dotis nomine, cum dicta Anna (al. Agnete) aut pignoris loco ad ſe traxerat, armis repetiit. Ambergæ obiit 12. Febr. 1398. Ex uxore Beatrice, Friderici Siciliæ Regis filia, genuit Rupertum III. & duas filias, Annam ſociatam Wilhelmo I. Duci Juliacenſi & Bergenſi, Eliſabetham uxorem Procopii Marchionis Moraviæ.

RUPERTUS III. Rupertus III. vel Hertzog Klemm dictus, qs. rigoroſus, cum Electoris munus biennium geſſiſſet, Wenceslao ignavo depoſito Imperator eſt electus 21 Auguſt. Anno 1400. à Colonienſi Archiepiſcopo Coloniæ *Hagecius.* coronatus univerſæ Germaniæ plauſu, ſola Noriberga in fide Wenceslai perſiſtente, & rogante, ut bona ejus voluntate tempori ſe & Ruperto accomodarent, ob id ipſum xx. aureorum millia offerente, reſpuiſſe Wenceslaum dicunt, & aliquot plauſtra vini Baccharenſis petiiſſe, ſicque eos Sacramento ſolviſſe. In Italiam ad retundendam Iohan. Galeacij ducis Mediolanenſis nimiam potentiam & regnum affectantis à Pontifice vocatus, re infecta in Germaniam rediit, & ea, quæ Imperio Wenceslaus neglexerat, magna ex parte reſtituit. Poſtquam a. illud annis 9. m. 8. d. 28 laudabiliter adminiſtraſſet, obiit Oppenheimij 1410. 18. Maij ſepultus cum conjuge Heidelbergæ, in æde S. Spiritus à ſe extructa. Uxores habuit duas. Ex prima genuit Rupertum cog. Pipan, qui ad Nicopolin cum Sigiſmundo Rege Ungariæ infeliciter contra Turcam pugnavit, & uxorem habuit Eliſabetham Iohannis ultimi Com. Spanheimenſis filiam, quæ dotis nomine quintam Comitatus illius partem cum oppido Creuzenach ad maritum attulit. Obiit ἄπαις. 1395. Ex Eliſabetha ſecunda uxore Burggravij Noribergenſis filia, quinque filios & tres filias ſuſtulit. Ex his Ludovicus barbatus & cæcus ei in principatu Electorio ſucceſſit. Iohannes Neoburgicus fundator cœnobij Montis gratiæ, ex uxore, Sophia Wartislai VII. Pomeraniæ Ducis filia, VI. genuit liberos, ex quibus quinq; poſteriores immaturè obierunt, primogenitus Chriſtophorus elect. eſt in regem Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ. In belli apparatu contra Lubecenſes & alias civitates Hanſeaticas (regnis & Principibus formidoloſas) in arce Helſenburg ob. id. Ian. 1448. regni 9. nullis relictis liberis ex Dorothea Iohannis March. Brandenburgenſis filia, quæ poſtea nupſit Chriſtiano I. ejusdem ſucceſſori.

LUDOVICUS BARBATUS. Ludovicus barbatus Princeps pace inclytus, patre bello in Italia occupato, ab eodem Vicarius Imperii conſtitutus 1401. eô defunctô, diviſis cum fratribus ditionibus, ceu primogenitus Heidelbergam cum electorali dignitate conſecutus eſt. Iuvenis militavit in Palæſtina. Ordini Teutonico in Pruſſia auxilio venit, ut & Comiti Valdemōtio contra Lotharingos. Conſtantienſis concilii Præfectus, Iohannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem lictoribus tradidit comburendos 1415. In eodem concilio cum Imperatorem Sigiſmundum conqueri audiviſſet, nullum ex Imperij ſeptemviris

viris Politicis linguæ latinæ gnarum eſſe, domum reverſus jam ſenex latinas literas didicit, quod & Auguſtum Elector. Saxon. & Eberhardum Ducem Wirtembergicum feciſſe, legimus. Iohannem XXIII. ab eodem concilio depoſitum intercepit, & Heidelbergæ primum, poſt Manheimii in triennali carcere detinuit. Senio confectus cœcus evaſit, unde & cœci cognomen accepit, obiit 1436. 30. Decembr. Filios reliquit, Ludovicum, Fridericum, & Rupertum.

Ludovicus à moribus mitis dictus, natus 1424. cum anno 1436. in tutelam patrui ſui Ottonis Mosbacenſis veniſſet, annum XVIII. aſſecutus, è tutoris manibus principatum & electoratum accepit, & à Friderico III. Imp. ſolenniter inveſtitus fuit. Uxorem habuit Margaretam, Amadæi I. Sabaudiæ Ducis filiam, Ludovici III. Siciliæ Regis Viduam, quâ prægnante relicta ob. 1449. 13. Aug. hæc peperit Philippum, cogn. Ingenuum, & tertiùm nupſit Ulrico Com. Wirtembergico, & ob. 1468. LUDOVICUS MITIS.

Fridericus Victorioſus, defuncto fratre Ludovico, filii ipſius Philippi legitimus tutor fuit, & Septemviratus Adminiſtrator. Theodoticum Iſenburgicum Archiepiſcopum Moguntinum in cauſa juſta, contra Pontificem Pium II. & alios ei adhærentes Principes defendit, ac commiſſo acri prœlio menſe Iulio 1462. Carolum Marchionem Badenſem, ejusq; fratrem, Georgium Epiſcopum Metenſem, & Ulricum, Comitem Wirtembergenſem, cum XL. Comitibus & Nobilibus cepit. Biennio ante mortem conſentiente Philippo, quem arrogaverat, uxorem duxit Claram à Teitingen, ex quâ ſuſcepit duos filios Fridericum Canonicum Wormatienſem & Spirenſem, qui vivo patre, vitam cum morte commutavit præſentibus Philippo Palatino Heidelbergæ, cui pater hoc Epitaphium poſuit: *Fridericus Nobilis Dominus de Bavariâ, filius legitimus Friderici Electoris Palatini*, Et Ludovicum, à quo deſcendunt Comites Löwenſteinii, de quibus infra. Obiit Fridericus 1476. prid. Id. Dec. fuit ejus vitæ ſocia virtus, gloria mortis comes. FRIDERICUS VICTORIOSUS.

Philippus Ingenuus potentia florentiſſimus Elector Palatinus, filio ſuo Ruperto virtuoſo nuptias conciliavit Eliſabethæ, Georgii divitis Bavariæ Ducis filiæ, qui dotis loco genero præter ingentes theſauros eam Bavariæ partem, quam ex hereditate tenebat, legavit. PHILIPPUS INGENUUS.

Hoc teſtamentum, quod in Imperii leges & jura feudorum peccaret, factumq; eſſet in fraudem Alberti Bavari, hujus ſocer Maximilianus Imp. noluit eſſe ratum: Rupertus contra jus ſuum armis vindicare conabatur. Unde exortum funeſtum bellum, in quo Philippus magnam partem ſuæ ditionis amiſit: Wirtembergicus Weinsberg, Maulbronn, & alia loca occupat: Noribergenſes Altorfium, Hensbruck, Lauff. Alexander Bipontinus quoq; quædam cepit: Maximilianus præter oppida & arces ab Imperio Palatinatui oppignoratas Alſatiæ Advocatiam provincialem ei ademit. Ingolſtadium ei Bavarus intervertit. Rupertus porrò virtuoſus ab Imp. proſcriptus tota ditione ſua hereditaria exutus eſt, & paulò poſt cum conjuge Eliſabethâ 1504. vita exceſſit, relictis Ottone Henrico, & Philippo bellicoſo, quibus Imperator Coloniæ ex materna hereditate eam partem reſtituit, quæ eſt inter Danubium & Nabum ſupra Ratisbonam Neoburgici Ducatus titulo claram. RUPERTUS VIRTUOSUS.

Otto Henricus natus 1502. 10. Apr. uxorem duxit Suſannam Alberti Ducis Bavariæ filiam, Caſimiri March. Brandenburgici viduam. 1526. Evangelii doctrinam in ſua ditione 1542. amplexus eſt. Friderico II. patruo in dignitate electorali ſucceſſit 1556. Bibliothecam illam Palatinam, quæ per Europam vix parem habebat, primus inſtituit. Inopinatâ morte OTTO HENRICUS.

morte deceſſit Heidelbergæ 1559. 12. Febr. ſine liberis, & Principatum Neoburgicum Wolfgango Bipontino agnato ſuo teſtamento legavit.

Philippus Bellicosus. Ejus frater Philippus bellicoſus n. 1503. ſub Carolo V. militavit in Italia contra Gallos, Viennam adverſus Solymannum Turcarum Imp. fortiter defendit 1529. obiit cœlebs 1548.

Ludovicus Pacificus. Ludovicus Pacificus patri Philippo Ingenuo in Electoratu ſucceſſit, interregni tempore Vicarius per tractum Rhenanum, in Francia, Suevia & Bavariâ. Carolum V. ſuo ſuffragio ad Imperij faſces promovit. In Comitiis wormatienſibus 1521. ſententiæ Pontificiorum de non ſervando Luthero ſalvo conductu reſtitit, & labem Conſtantienſem meliore fide eluendam cenſuit. Pius ſenex obiit 16. Mart. 1544. ætat. 66. cum eo Germaniæ pax ſepulta fuiſſe dicitur, & cepit bellum Germanicum.

Fridericus II. Fridericus II. excellentis virtutis & prudentiæ Princeps, majorem partem Europæ peragravit, Caroli V. juvenis curator conſtitutus, eum mundi Dominum formavit, cùmque is Francofurti Imp. creatus eſſet, eam electionem nomine viivirorum eidem in Hiſpaniam profectus nuntiavit, ejuſd. in Imperio dein vicarius & Legatus in conventu Spirenſi. In Comitiis ibidem 1529. celebratis, Dux belli adverſus Turcas electus eſt, ac triennio poſt auſpiciis Ferdinandi res gerens, xv. Turcarum millia fudit proſtravitque, Duce etiam ipſorum Caſone interemto. Jam fermè quinquagenarius duxit Dorotheam Chriſtierni II. Daniæ Regis filiam. Poſt mortem Ludovici Pacifici fratris Electoralem dignitatem contra æmulum Wilhelmum Bavariæ Ducem à Carolo V. in Comitiis Spirenſibus obtinuit; ab eo tempore Electores Palat. globum illum ſive pomum aureum à Cæſare Friderico donatum cum cruce impoſita in ſuis inſignibus uti ceperunt; inter Principes Palatinos diutiſſimè vixit, & pervenit ad ætatis annum 74. ob. 26. Febr. 1556.

Georgius ejus frater Epiſcopatui Spirenſi laudabiliter præfuit annis xvi. arcem Udenheimenſem ex fundamentis ædificare cepit, naturâ loci egregiè munitam, ut in bellis tutum ac firmum haberet receptaculum. deceſſit 1529. anglico ſudore correptus.

Henricus Epiſcopus VVormatienſis, Ultrajectinus & Friſingenſis, Epiſcopatum Ultrajectinum ante mortem reſignavit. Arcem Dirmſtein à ſeditioſis ruſticis everſam inſtauravit. ob. 1553.

VVolfgangus natu minimus filiorum Philippi Electoris relicto ordine ſacro rei militari operam dedit, obiit 3. Apr. 1558. Ex novem Philippi filiis, licet omnes ad ætatem grandem pervenerint, intra quinquaginta tamen annos rebus humanis exempti ſunt, ac tota Ludovici barbati, primogeniti Ruperti Cæſaris, poſteritas in Ottone Henrico defiit, ac

Fridericus III. Electoralis dignitas ad Fridericum III. Stephani quarti, Ruperti Cæſaris filij abnepotem, Iohannis Ducis Simerenſis & Comitis Spanheimenſis filium cognomento Pium fuit tranſlata.

Hic in Lotharingia, aulis item Epiſcopi Leodienſis & Caroli V. vixit inter Pontificios ad virilem uſque ætatem, quâ Evangelicam doctrinam palam profeſſus eſt, & per Theologos ſuos conſcribi juſſit, quæ in lucem edita eſt anno 1563, & in Palatinatu Electorali, Belgio, & ſcholis reformatis recepta & approbata, ac in linguam Hebræam, Græcam, Latinam, Hiſpanicam, Gallicam, Belgicam, Indicam tranſlata. Cumque reliqui Status Imperij à Maximiliano II. Imp. in Comitiis Auguſtanis petiiſſent, illum à religionis pace excludi, reſpondit Imp. *Neſcitis quid petatis. An Imperij principem eſſe ignoratis? diſſidebitisnè inter vos ipſi?* Fridericus verò ſentiens, ſe à Principum conventu & confeſſu excluſum, ſponte ſua cum filio ſuo Iohanne Caſimiro Biblia & confeſſionem Auguſtanam geſtante, ingreſſus, mentem ſuam Imperatori declaravit, paratum

ſe eſſe

[illegible] eſſe om[illegible] S. Biblis & Confeſſione Auguſt. fidei & confeſſionis [illegible] o facto & Imperatoris & Principum animos mi[illegible] ro ſocio Auguſtanæ Con[illegible]onis i lum receperint, [illegible] gionem concernentium directorium illi [illegible] & A[illegible] Elector Saxoniæ manu exp[illegible] fraternè ſe[illegible] [illegible] Du b[illegible] frömmer dann wir alle miteinander. [illegible] B[illegible] ja jus civitatis pe[illegible] L. reſſ[illegible] *de familiis Princip.* [illegible] E[illegible] e [illegible]ore undecim liberos ſuſcepit; altera ſterili [illegible] o. [illegible] ens LXII. obiit 26 Octob. 1576. Piiſſimus [illegible] a [illegible] o a [illegible] o quodam Principe interrogaretur: *Cur* [illegible] *aliquam muniret, cùm tot haberet hoſtes?* Reſpondit: [illegible] *inexpugnab[illegible] m, eam ſcil. de qua David gloriatur* Pſal. [illegible] Ein veſte Burg iſt unſer GOtt. Atqui in[illegible] *que utile e[illegible] externum atque internum præſidium.* Re[illegible] *[illegible] quaſo vobis profuere in bello Smalcaldico veſtræ* [illegible]

[illegible] ratu Ludovicus filius primogenitus, Princeps [illegible] ex [illegible] qui cùm Electoratum circa ſept[illegible] gubernaſ[illegible] XL. V. me[illegible] 3. d. 8. ob. 1583. 12. Octob. Ex prima u[illegible] [illegible] berum pater. Ex quibus Anna Maria Carolo Principi [illegible] æ, [illegible]æ & V[illegible]andiæ, poſt Succiæ Regi nupſit. Fri[illegible] [illegible] o IV. c[illegible] n Electoratu ſucceſſit. Cum altera uxore paucos men[illegible] [illegible] ſtea n[illegible] ſit Ernesto Friderico Marchioni Badæ. LUDOVICUS.

Eo abſque maſculo herede defuncto, & hâc lineâ Saxoniæ Ducum, Electorum extinctâ, Fridericus Marchio Brandenburgicus VVittebergam cum tota ditione occupavit, impoſitoq; præſidio munivit, ut permanerent in fide & patrocinio Imperatoris. Ambiebat enim dignitatem Electoralem, ut & Ludovicus Elector Palatinus pro filiis natu majoribus, & Ericus V. Dux Lauenburgicus, Alberti patruelis: ſed uterque repulſam tulit, & Sigiſmundus Imp. Ducatum & Electoratum Saxoniæ, ob fidem & ſervitia in bello Bohemico & Ungarico ſibi præſtita, Friderico bellicoſo, Marchioni Miſniæ, Landgravio Thuringiæ, Saxoniæ Palatino conceſſit. Itaque Novus Elector Friderico Brandenb. XXVIII. M flor. pacavit. ERICUS V. Ericus V. huic alienationi contradixit, & cùm ab Imp. nihil obtineret, ad Concilium Baſileenſe provocavit, conqueſtus de injuria ſibi a Cæſare denegata. Chytr. *Chron. Chron. Sax. lib. 7. pag. 696.* Cùm nec illud controverſiam hanc dirimeret, & is [illegible] per protracta maneret, Saxones à Maximiliano Imp. impetraverunt, ut Ulrico, & Chriſtophoro Ducibus Meckelnburgicis demandaretur, ut documenta Magni II. Inferioris Saxoniæ Ducis ſuper dignitate Electorali, genealogiis, & titulis inſpicerent, cognoſcerent, & ad Imp. referrent. quam commiſſionem iteravit Rudolphus [illegible] 1577. 17. Sept. Nihilominus tamen dignitas hæc cum ditione penes Miſnenſem familiam manſit, in qua adhuc durat. Nonnulli tamen [illegible] gonibus Lauenburgicis titulum Archimareſchalli Imperii retinuerunt, inprimis Iohannes IV. Cujus ex filio Magno nepos Franciſcus I. Ma[illegible] Electoris Saxoniæ ſororem, Sibyllam, uxorem duxit, & paternam [illegible] ipſos XXXVIII. annos quietè adminiſtravit. IOHANNES IV.

[illegible] us filius Magni, turbidi ingenii Princeps in Sueciam militatum abiit, [illegible] Regis Guſtavi filiam Sophiam uxorem duxit, & ex ea filium [illegible] Guſtavum, [illegible] in Suecia educatum, 1592. mortuum. [illegible] ipſe enim ob pellicem, cui [illegible] uxor [illegible] veret, e regno pulſus, cùm res novas in patria moliretur, à fratre Franciſco II. carceri [illegible] MAGNUS.

[illegible] Re. [illegible] cluſus

FRANCISC. II. cluſ… in eodem diem ſuum obiit 1603. Hic Franciſcus II. militavit Philippo II. Hiſpaniæ Regi in Belgio, & Rudolpho II. in Ungaria. Ex duabus uxoribus factus eſt pater XIX. liberorum, ex quibus … in hoc bello civili nomen & honores ſibi quæſiverunt & pepererunt.

DUCES MECKELNBURGICI.

PRIBISLAUS II. Pribislaus II. Nicoloti filius quadrageſimus & ultimus Henetorum Rex ad fidem Chriſtianam converſus ab Henrico Leone tempore Friderici Barbaroſſæ, re icto Regio titulo Dominus Hen… dici voluit. Ejus abnepos Henricus Hieroſolymitanus XXVII annos apud Sultanum Ægypti captivus detentus, ab eodem poſtea agnitus, & cum muneribus dimiſſus fuit 1272. Filium habuit Henricum, à Leonina in bellis conſtantia Leonem cognominatum, Principem Vandaliæ, Dynaſtiam Meckelnburgicum, cujus binos filios, Iohannem & Albertum Carolus IV. Imp. Duces creavit Meckelnburgicos & Stargardenſes. Iohannis progenies defecit in pronepote Ulrico, veneno ſublato 1471. Albertus cum Ludovico Romano Elect. Brandenb. pro Comitatu Stargardenſi bellum grave geſſit, quod tandem nuptiis filiæ Ingelburgæ ſopitum eſt. Hujus Alberti filius cognominis, Rex Sueciæ electus, à Margareta Daniæ Regina victus, captus, & VII. annos detentus fuit, a… quod mulieres mundum ſuum contulerint, hinc factum, ut in ditione Meckelnburgica feuda fœminis quoque ſint conceſſa. Alberti Regis frater filium habuit Iohannem, itidem in Sueciæ Regem electum 1422. ſed qui inſequenti anno in regnum cœleſte migravit. Ejus filius Henricus Ignavus Principatu Vandaliæ & Guſtrovij ditiones ſuas ampliavit, mortuo ultimo eorum Principe Wilhelmo. Filios habuit præter Albertum, Iohannem, & Balthaſarem, Venatorem & Peregrinatorem, Epiſcopum Hildeſienſem, Magnum II. qui cum Ulrico Stargardiæ Principe ultimo terram … invaſit, … mortuo Stargardiæ Ducatu ſuum auxit. Sternbergæ XXV. Iudæos comburi juſſit, quod hoſtiam ſacramenti à ſacrificulo emptam, ſtilis ferreis pupugiſſent, ex qua ſanguis emanaſſe ſcribitur 1492. Mecœnas fuit literarum & literatorum maximus, filiumq; Ericum Rectoratum Academiæ Roſtoch. gerere ideò voluit, ut eo amorem erga honeſtas diſciplinas augeret. Poſtquam XXX. annis magna juſtitiæ & clementiæ laude patriam rexiſſet, obiit 1503.

Henricus pacificus cognom. literas quoque fovit, & promovit; reformationem doctrinæ, exploſis ſuperſtitionibus Pontificiorum, inſtituit, & poſtquam ditionem … annos feliciſſimè gubernaſſet, ob. 1552. 6. Febr. Albertus frater, quo nullus in toto imperio Princeps, heroicâ corporis proceri & robuſti majeſtate pulchrior, magnam partem ditionis Comiti Suerinenſi ademit, & titulum illum ſuis adjunctum primus uſurpavit. Chriſtiernum … quoque Daniæ Regem è carcere liberare fruſtra tentavit. Haffniam 1537. occupavit, & adverſus Chriſtianum III. defendit: in cujus obſidione Ludovicum filium amiſit. Septenâ prole beatus, ſexagenario unô anno major deceſſit. Filius Johannes Albertus ei ſucceſſit. Tertius filius Ulricus, quieti animi Princeps, fuit Epiſcopus Suerinenſis. Quartus Georgius, otij & quietis impatiens, Cæſari Carolo V. militavit, cum Mauritio Elect. Saxoniæ Magdeburgum obſedit, captus, ſed obſidione ſoluta ſine lytro dimiſſus fuit. At in obſidione Francofurti ſclopeto ictus, occubuit 1552. æt. anno 23. menſ. 4. d. 22. Quintus filius

(Margin: IOHANNES. HENRICUS. LEO. IOHANNES. ALBERTUS. ALBERTUS. IOHANNES. HENRICUS. MAGNUS II. HENRICUS PACIFICUS. ALBERTUS. IOHANNES ALBERTUS. GEORGIUS.)

lius Christophorus Henrico II. Galliæ Regi obſes datus eſt, cùm ejus au- **Christophorus.**
xilia adverſus Carolum V. cap[illegible] Principes [illegible], [illegible]ea Epiſco-
pus Ratzenburgenſis creatus, & Coadjutor ad[illegible]tus à Wilhelmo Archie-
piſcopo Rigenſi, fratre Alberti Pruſſiæ Ducis, mediocri comitatu in Li-
voniam venit, ſed infauſto ſidere: bis enim captus fuit, ſemel à Frideri-
co Furſtenbergio, Magiſtro Ord. Teutonici in Livonia, deinde à Sigiſ-
mundo Auguſto Rege Polon. qui eum ſex annos in carcere tenuit; inde
quoque dimiſſus, duxit uxorem, Dorotheam, Friderici Daniæ R. filiam,
ex qua unica filia nata Margareta Eliſabetha, nupſit Alberto Friderico agna-
to. Sextus filius Carolus, fratri in Epiſcopatu Ratzenburgico ſucceſſit. **Carolus.**
Anna filia nupſit Gotthardo primo Duci C[illegible]la[illegible]iæ.

Johannes Albertus, Alberti filius, cum 4. fratribus ſuis, quod di- **Johannes Albertus.**
tio anguſtior & tenuior, tot Principum ſumptus ſuſtinere non poſſet, pa-
ctione initâ convenit, ut ſolus de[illegible] ditionem, à patre relictam,
adminiſtraret. Princeps literis excultiſſimus, æmulatione fratris Ulrici po-
tius, quàm propriâ voluntate Roſtochienſes vexavit [illegible] invidiam po-
ſtea inſigni liberalitate eluit, reſtitutâ Academiæ omnino collapſa diſci-
plina, eaque cœnobiorum ve[illegible]ibus, quæ [illegible] Principes in priva-
tos uſus vertunt, ampliſſimè dotata; obiit 1576. Filios reliquit ex So-
phia, Alberti Pruſſiæ Ducis filia, Johannem, & Sigiſmundum Auguſtum.
Hic improlis obiit.

Ille trigeſimum quintum vitæ annum vix ingreſſus, improviſâ æ- **Johannes.**
gritudine o[illegible]te[illegible]us obiit, relictis ex Sophia, Adolphi Holſatiæ Ducis fi-
lia, Ad[illegible] Friderico, & Iohanne Alberto, qui patrias ditiones inter ſe
diviſ[illegible], [illegible]e[illegible]u[illegible]enſem, hic Guſtrovienſem adeptus. Ille Lutheranam
religionem constanter profeſſus eſt: Hic ad Calvinianos tranſiit. Uter-
que, quod Regi [illegible]aniæ militaret, neque Cæſari revocanti pareret, pro-
ſcriptus, & Ducatus Me[illegible]burgicus Alberto Wallenſteinio Duci Fridlan-
diæ, in belli impenſas a Cæſare conceſſus fuit 1628. verùm triennio poſt
1631. in ditiones avitas ſolenniter reſtituti fuere. Quod ingenioſe ſequen-
ti Anagrammatiſmo expreſſit Stephanus Sculterus, Medicus & Profeſſor
Academiæ Roſtochienſis celeberrimus:

Adolphus Fridericus, Johannes Albertus Dux Megapolitanus, Prin- **Adolphus Fridericus.**
ceps Henetorum, Comes Suerinenſis, Dominus Roſtochij & Stargardiæ:

I nunc I Fridlande peregrinus hoſpes ab oris,
Hæredes adſunt ſine cauſa & crimine pulſi,
Iura, domos, a[illegible]os, ô multum, ex hoſte repoſcunt.

Johannes Albertus obiit 1636. unico relicto filio Guſtavo Adolpho, à **Johannes Albertus.**
patruo in religione Auguſtanæ Confeſſionis educato.

Adolphus Fridericus ex prima uxore octo ſuſcepit liberos, quorum
primogenitus Ducatus regimen ſuſcepit [illegible] ex ſecunda novem ha-
buit, in ſchemate notatos.

DUCES POMERANIÆ.

Pomerania ultra 2. milliaria in longitudine ad mare Balthicum ſe
extendens, diu Polonis ſubjecta fuit. Fridericus Barbaroſſa eam Im-
perio addidit, & Wartiſlai, ab Ottone Bambergenſi Epiſcopo 1124.
baptiſati filios, Caſimirum & Bogislaum, Duces Pomeraniæ creavit. Bo- **Casimirus et Bogislaus.**
gislai filij, Caſimirus II. Bogislaus II. & VVartislaus III. pater Barnimi;
Barnimus II. in adulterio deprehenſus, à VVigando Mukavicio confoſ- **Barnimus II.**
ſus eſt 1295. Otto ejus frater, primus Stetini Dux, obiit 1345. ex Eliſa- **Otto.**

 betha

betha, Nicolai Comitis Suerinenſis filia, procreavit Barnimum Magnum, **BARNIMUS MAGNUS.** qui patriam contra Cruciferos & Ludovicum March. Brandenb. fortiter defendit. †. 1368. relictis tribus filiis, Caſimiro III. Suantiborio, & Bo- **SUANTIBORUS.** giſlao. Suantiborius cum uxore Anna, Popponis Comitis Henne- bergici filia, accepit diſtrictum Regiomontis in Franconia, quem Baltha- ſari Landgravio Thuringiæ, Marchioni Miſniæ vendidit, † 1413. Ex hac **CASIMIRUS.** ſuſcepit duos filios, Caſimirum V & Ottonem. Caſimirus ex Catharina, Bernhardi Ducis Brunſuic. & Lunæb. filia, procreavit Ioachimum, patrem Ottonis III. cum quo 1464. extincta eſt linea Ducum Pomeraniæ Steti- nenſis, & de ſucceſſione ejus bella orta.

BOGISLAUS IV. Bogiſlaus IV. in diviſione Pomeraniam VVolgaſtanam accepit, de- ceſſit 1309. Ex Margareta, VViſlai II. Rugiæ filia, ſuſcepit VVartiſlaum IV. ad quem Rugiæ Principatus pervenit. Tres habuit filios, Barnimum IV. **BARNIMUS IV.** Bogiſlaum V & VVartiſlaum V. Barnimus IV. Comitatum Guzkow, ultimo Comite ſine liberis defuncto, reliquis ſuis terris adjunxit. Eius fra- **WARTISLAUS V.** ter VVartiſlaus V. ob plurima in Monachos beneficia, *PATER NOSTER* dictus eſt. Tertius frater Bogiſlaus V. ex Eliſabetha, Caſimiri II Regis Pol. **BOGISLAUS V.** filia, quatur filios, & unam filiam reliquit. Caſimirum V. Barnimum V. Bogiſlaum VIII. VVartiſlaum VII. Eliſabetham nuptam 1363. Carolo IV. Imp. Wartiſlaus VII. ex Maria, Henrici Ducis Meckelnb. filia, progenuit Ericum I. Daniæ, Sueciæ, & Norvvegiæ Regem; reliqui tres fratres in bellis Polonicis contra Cruciferos, ob egregia ſpecimina bellicæ virtutis nomen & famam ſibi pepererunt.

ERICUS I. Ericus Rex à patre ulteriorem Pomeraniam, cujus oppida ſunt Stol- pe, Rugenvvald, Slage, tenebat. Citerior pars Pomeraniæ in qua Star- gard, Camin, Gryphenberg, Treptavv, devoluta eſt ad eum, morte pa- truelis, Bugiſlai IX. cujus unica filia, Sophia, Erici II. uxor, mater fuit Bu- giſlai X. quo naſcente Ducatum Stetinenſem poſſidebat Otto III. cujus, ut & modo dictæ Sophiæ tritavus fuit Barnimus I. Ericus II contende- bat de Ducatu Soceri ſui cum Erico I. Rege, cui etiam arma intendebat pro defenſione juris ſui in dictum Ducatum. Hâc juvenis temeritate & petulantiâ adeò offenſus eſt Rex, ut præſentibus Principum Legatis affir- maret, non hunc Ericum II. VVolgaſtenſem, ſed Ottonem III. ſibi pro- piore gradu, ideoque heredem proximum eſſe. Durante hâc lite deceſ- ſit Ericus Rex, cujus hereditatem ſibi ſoli vindicare nitebatur Ericus II. fra- tre Wartiſlao X. excluſo, quod uxor Sophia, ejus patruelis filia eſſet. cùm verò ob minus diligenter conſervata & perluſtrata vetera monumenta gradum agnationis liquidò non demonſtraret, Fridericus II. Elector Bran- denburg. Erici Regis teſtimonium allegavit, affirmantis Ottonem Steti- nenſem Principem propiore agnationis vinculo ſibi junctum, quàm E- ricum VVolgaſtenſem, & perfecit, ut ditiones a Rege relictæ, in tres æ- **OTTO III.** quales partes diviſæ, Ottoni Stetinenſi, Erico, & VVartiſlao X. fratribus VVolgaſtenſibus æqualiter diſtribuerentur. Inopinâ morte Ottonis in- **FRIDERICUS.** ſecutâ, Fridericus Elector innitens tranſactioni olim inter Ludovicum Romanum Electorem, & Barnimum III. Pomeraniæ Ducem 1338. Fran- cofurti in Comitiis pactæ, Ducatum Stetinenſem conferri ſibi à Friderico III. Imp. petiit & impetravit, Stetinenſiumq;, ac Pomeraniæ Ducis titu- lum primus uſurpavit, & Ducatum Feudum Marchicum agnoſci à Duci- bus Pomeraniæ voluit, repugnante & Equeſtri ordine, & reliquis civi- bus. Itaque cum XIII. Principibus confœderatis bellum Pomeranis in- dicit, mox in ſenium inclinans, cum nullam haberet maſculam prolem, & dignitatem Electoralem, & reliquas ditiones in fratrem Albertum **ALBERTUS.** transfert, cui etiam Imp. Electoratum Brandenb. & Marchiam, Ducatus etiam Stetini, Pomeranorum, Vandalorum, Principatum Rugiæ, aliaque

feuda

feuda ſecularia & Eccleſiaſtica confert, unà cum ſucceſſione in Ducatu Megapolenſi, Principatu Henetorum, Comitatu Suerinenſi, & Dominiis Stargardij, & Roſtochij. Hic Albertus, ut in dignitate & ditionibus fratris, ita & in bellis contra Pomeranos ſucceſſor, interceſſione Magni & Balthaſaris, Ducum Meckelnburgicorum, tandem ita rem compoſuit, ut Marchio & ipſius heredes, deinceps Pomeraniæ Duces feudi collationem à Cæſare petentes, aut ſeſſionem in Senatu Imperij occupantes, non impediant: viciſſim, ut de ſucceſſione in Pomeraniæ Ducatu vacante Marchioni certius cautum ſit, licere ei, quotieſcunque Imperator Ducibus Pomeraniæ feudum conferet, in ſignum ſimultaneæ inveſtituræ vexillum unà prehendere. Prætereà quotieſcunque Ducibus Pomeraniæ homagium à ſubditis præſtatur, adeſſe ſemper Brandenburg. Conſiliarios debere, quibus nomine Marchionis promittant Pomeraniæ ordines, ſi Ducum Poſteritas maſcula extinguatur, ſe Electori Brandenburgico, tanquam vero & hereditario Domino parere velle. Pro Margaretæ prætereà, Friderici El. Brandenb. filiæ, Bugiſlai conjugis, dote, & bonis mobilibus L. M. florenorum Dux Georgius ſolvat, & Electoris Joachimi filiam, Margaretam, cum dote XX. M. uxorem accipiat. Sic æterna pax & amicitia inter Marchiones, & Pomeranos ſancita; & hæc conventio à Carolo V. Imp. poſtea confirmata. Chytr. *Chron lib.* 12 *pag.* 365. *& ſeqq.*

Bogiſlaus X. natus 1454. apud matrem educatus negligenter, & vili laceroque habitu, inter pueros plebejos ruſticis moribus nutritus, innatam tamen huic familiæ humanitatem non exuit; peregrinationem inſtituit in Palæſtinam, & per Italiam rediens, Petrum Ravennatem, hujuſque filium Vincontium, JCtos Gryphſvaldiam duxit. In vera religione, quam ex ipſo Lutheri ore VVittebergæ audivit, deceſſit 1523. BOGISLAUS X.

Georgius I. feuda Polonica Leoburgum & Buttovv pacto hereditario accepit. Ejus frater Barnimus X. cognomine Pius, cum Philippo fratre ſeſe ſuperſtitiones Pontificias exterminavit, & Gymnaſium Stetinenſe fundavit 1543. GEORGIUS.

Philippus I. tractum Stetinenſem patruo reliquit, Wolgaſtanum retinuit. Reliquit quinque filios magnæ inter Principes autoritatis. Johannem Fridericum in Stetin, Bugiſlaum in Bart, Erneſtum Ludovicum in Wolgaſt, Barnimum in Rugenwald, & Caſimirum Caminenſem Epiſcopum. Ex his tres improles obiere. Erneſtus Ludovicus unicum habuit filium, Philippum Julium, qui ſine prole deceſſit. PHILIPPUS I. JOHANNES FRIDERICUS. BUGISLAUS. ERNESTUS LUDOVICUS. BARNIMUS. CASIMIRUS.

Bugiſlaus XIII. ex duabus uxoribus undecim liberorum pater extitit. Philippus II. Princeps literatiſſimus, cum Ducatui præfuiſſet annos XII. obiit. BUGISLAUS XIII. PHILIPPUS II.

Franciſcus uxorem habuit Sophiam, Chriſtiani I. Electoris Saxoniæ filiam; Epiſcopatum Caminenſem rexit XIIX. annis. Ejus frater Ulricus Præſul Caminenſis poſt fratrem, maritus Hedwigis, filiæ Henrici Julij Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis, omnes improles obierunt. FRANCISCUS. ULRICUS.

Et tandem ramoſa hæc Ducalis arbor, quæ ultra ſeptingentos annos floruerat, cum Bogiſlao XIV. anno 1637. exaruit & concidit. Illius morte, cùm Electores & Marchiones Brandenburgici, quibus homagio Pomerania erat obſtricta, ſuccedere debuiſſent, pacificatione Oſnabruggenſi, citerior Pomerania cum Stetino, & aliis oppidis, Sueciæ Regi, ulterior verò Electori Brandenburgico ceſſit. BOGISLAUS XIV.

❧[?]❧

LANDGRAVII HASSIÆ.

Ludovicus. **Ludovicus Ferreus.** LUdovicus Thuringiæ & Haſſiæ Landgravius à ſocero Lothario Imperatore conſtitutus, filium habuit Ludovicum ferreum ita dictum, quod propter nobiles irritatos ſemper loricâ ferrea indutus fuerit. Hic reliquit filios, Ludovicum & Hermannum. Illo ſine liberis defuncto, Hermannus Thuringiæ & Haſſiæ Landgraviatum ſolus poſſedit, & **Hermannus.** liberos habuit, Ludovicum ſanctum, Henricum Raſponem, & Iuditham, nuptam Theodorico Marchioni Miſniæ, matrem Henrici Illuſtris. **Ludovicus.** Ludovicus ex Eliſabetha, Andreæ II. Ungariæ Regis filia, unicam natam habuit Sophiam, nuptam Henrico Magnanimo Duci Brabantiæ, ex qua natus Henricus.

Henricus Raspo. Henricus Raſpo contra Fridericum II. ejuſque filium, Cunradum IV. Imperator ab Epiſcopis, Moguntino & Colonienſe electus, recuſavit primo dignitatem, ſeque excuſavit, ſed deinde mandato Papæ acceptavit, qui ſimul ei 25000. marcas argenti tranſmiſit. Itaque mox Anti-Cæſarem cum magno exercitu propè Françofurtum ſtravit; at in obſidione Ulmæ, quæ Friderici partes ſecuta erat, lethaliter vulneratus, eodem anno quo electus erat, obiit 1246. Quo facto Henricus Illuſtris **Henricus das Kind zu Heſſen.** Marchio Miſniæ Thuringiam occupavit, quam ab illo armis repetiit Sophiæ filius Henricus. Hinc novennale bellum, cui tandem finis impoſitus fuit, cum hujus Henrici tutor & futurus affinis (de [illegible] enim filio mater Sophia Adelheidam, Alberti ſororem) Albertus [illegible] Dux Brunſuicenſis prœlio decertaret, in quo & ſauciatus & captus fuit, nec aliter dimiſſus, quam octo arces ad Viſurgim, Eſchwege / [illegible]ſen / Forſtenſtein / Arnſtein / Beilſtein / Wenfried / Ziegenberg / Sontra mit der Burg bey Alendorff / pro lytro cederet, & præterea 8000. marcas argenti perſolveret. Inter duos vero Marchiones res ita tranſacta eſt, ut Thuringia Henrico Illuſtri, Marchioni Miſniæ cederet, Henricus vero Sophiæ filius Haſſiam ſolam obtineret, & acceptis 8. iſtis arcibus, juri, quod in Thuringiam haberet, omninò renunciaret. Hic Henricus infans ſive puer Haſſiæ dictus, conditor eſt illuſtris ſummæ familiæ Haſſiacæ. Ejus filij Ludovicus Epiſcopus Monaſterienſis per annos 49. obiit 1379. extruxit aulam Marpurgenſem. **Otto.** Otto in regimen ſucceſſit, & reliquit duos filios, **Henricus.** Henricum, maritum Mechtildis, Theodorici IX. Cliviæ Comitis filiæ, **Otto der Schütz.** ante patrem mortuum, & Ottonem ſagittarium, inde dictum, quòd cum pater eum ſacris deſtinaſſet, in aulam Engelberti Comitis Cliviæ ſe contulerit, ibique per ſeptennium incognitus, ut ſagittarius, & venator Præfectus vixerit; qui tandem à Comite agnitus, gener illius factus eſt, ducta Eliſabetha ejus filia, ex qua tamen nullam ſuſcepit prolem. Itaque **Hermannus.** pater Henricus orbus ſucceſſorem habuit Hermannum, ex fratre Ludovico nepotem, qui relicto Canonicatu Magdeburgenſi gubernationem ſuſcepit: cum Landgravius Thuringiæ, Friderico, Balthaſare, & Wilhelmo, fœdus iniit de ſucceſſione, ſi maſcula proles in una familia deficeret. 1373. quod filius Ludovicus pacificus primus familiæ ſuæ, Comes Ziegenheimii & Niddæ, 1433. renovavit. **Ludovicus.** Hic Ludovicus oblatum ab Electoribus Imperium modeſtè recuſavit, imparem ſe dicens, qui tantæ rei molem ſuſtinere poſſet; maluitque parvo imperio, à parentibus relicto, utiliter præeſſe, quàm magnum accipiens, diſſipare. Dum reformaturus quoddam ſuæ ditionis monaſterium ingreditur, & invitatus cum Monachis edit, venenum pro cibo inter edendum ſumpſiſſe creditus eſt; Nam & ipſe, & Abbas paulò poſt extincti fuerunt. Hujus filij ex Anna Fride-

Friderici I. Elect. Saxoniæ filia fuerunt. Ludovicus II. in regimine ſucceſſor, Hermannus, Archiepiſcopus Colonienſis, & Henricus Landgravius Haſſiæ ad Lanum, natus 1440. qui ab uxore factus eſt heres Comitatus Cattimelibocenſis. Philippus enim Comes Cattimelibocenſis illum Comitatum Dietz/ Darmſtatt/ Biſing/ Clappach/ Eſchelburg / cum pertinentiis titulo feudi Maſculini tenens ab Epiſcopo Herbipolenſi, unicum habuit filium Philippum, & Annam filiam, quam elocavit huic Henrico Haſſiæ Landgravio. Cùm autem Philippus filius ſine heredibus decederet, ne ipſo etiam decedente Comitatus & reliqua feuda, hoc modo aperta, redirent ad Eccleſiam, egit cum Epiſcopo, ut gener Henricus pro ſe & maſculis heredibus ſimul de Comitatu Cattimelibocenſi inveſtiretur, hâc adjectâ clauſulâ, ſi Henricus itidem ſine maſculis heredibus decederet, Eccleſia feuda illa x m. florenorum [illegible]eret. Deceſſit etiam deinde Henricus, unico relicto filio. Wilhelmo III. & duabus filiabus, Eliſabetha & Mechthilde. Orta fuit inter hunc Wilhelmum & ejus patruelem Wilhelmum II. controverſia: ſed interveni[en]tibus conſanguineis res anno 1495. tranſacta eſt, ut ambo de Comitatu & adhærentibus feudis ab Epiſcopo ſimul inveſtirentur, ita ut decedente Wilhelmo III. Wilhelmus II. in dicto Comitatu ſuccederet, quod ab Epiſcopo approbatum, & ab Imp. Maximiliano confirmatum fuit.

Wilhelmus III. in ſolenni Conventu Erfordenſi 1487. ordinavit duabus ſororibus ſuis dotem c. m. florenorum, quæ voluit illis numerari intra duos menſes poſt mortem ſuam, dum [illegible] tius renuntiaſſent, pro ſe & heredibus ſuis juri in Comitatum Cattimelibocenſem. Hic Wilhelmus in venatione caſu equi extinctus, & liberis carens, ſcripſit heredem ſuum patruelem, Wilhelmum II. Altera ſoror Eliſabetha nupſit Iohanni Comiti Naſſovienſi, quæ à Wilhelmo II. repetiit hereditatem paternam (*Vid.* Mat. Socin. junior. *in conſ.* 65. ubi conſuluit: *Dn. Eliſabetham vigore conſuetudinis familiæ Haſſiæ ad ſucceſſionem VVilhelmi III. fratris admitti non debere &c.* Nicol. Everh. *vol.* [illegible]. *conſ.* 25. *num.* 55.) & dictum Comitatum, & pecuniam, ab eodem oblatam, reſpuit. Hoc matrimonio natus eſt Wilhelmus Comes Naſſovius, qui cum Philippo Landgravio Haſſiæ diu contendit de Comitatu, & Henricus Comes Naſſovius. Eliſabethæ ſoror Mechthildis nupſit Iohanni Cliviæ Duci, cujus filius Iohannes III. jus ſuum in Cattimelibocenſi Comitatum, tranſtulit in conſobrinum ſuum Henricum, acceptis 1. m. aureis. In lite autem inter Wilhelmum Naſſovium, (qui cubicularius erat Caroli V. Imp.) & Philippum Haſſum, cum ſententia pro Naſſoviis lata eſſet, & hujus Advocati Reviſionem Actorum petiiſſent, tandem tota hæc controverſia, (quâ nulla in Germania extitit illuſtrior, gravior & magis diuturna, duravit enim annos pene [illegible]) per Ottonem Henricum Palatinum, & Auguſtum Saxoniæ Electores, Wilhelmum Iuliacenſem, & Chriſtophorum Wirtembergenſem Duces, tranſactione ita fuit ſopita, ut caſſatis omnibus definitivis & executorialibus apud Landgravium omnia Comitibus Naſſoviis adjudicata oppida, caſtra, prædia, (excepto Comitatu Dietz & reliqua, tàm immobilia quàm mobilia remanerent, & illic vicinis Comitibus ſtatis terminis ſolveret ſexies centena millia aureorum, & ſi contingat, ut Haſſiaca familia ſine heredibus maſculis decedat, ut tunc vel ſuperior vel Inferior pars Comitatus ad Comites Naſſovienſes perveniat, vel ab Haſſiacis ccc. m. florenorum perſolvantur.

Ludovicus II. in Caſſel, Ludovici pacifici filius primogenitus fraternitatem cum Ducibus Saxoniæ, Marchionibus Miſniæ, & Marchionibus Brandenburg. renovavit 1457. quam confirmavit Fridericus III. Imp. 1471. filios habuit, VVilhelmum I. in Caſſel, & VVilhelmum medium, Spangen-

Spangenbergi Dominum, qui paternas ditiones inter ſe diviſerunt, cùmque ille pactis non ſtaret, hic eum cepit, & regimine privavit. [illegible] ab Epiſcopo Herbipolenſi Comitatu Cartimelib. 1502. confirmatur à Maximiliano I. 1505. Antiquum fœdus cum Marchionibus Miſniæ & Brandenb. renovavit, confirmatum ab eodem Imp. 1495. Ex Anna [illegible]kelnburgica genuit Philippum, fundatorem Academiæ Marpurg[illegible]s 1526. cujus primus Rector fuit Johannes F[illegible]ratius M[illegible]nianus, Th[illegible]giæ Baccalaureus, Medicinæ Licentiatus, & tum Juris Ut[illegible]que Can[illegible]datus, poſt Doctor creatus 1533 ejuſdem Academ. Vice-Canc[illegible] factus 1536. qui obiit 1558. 25 Jun. Scripſit *de Judiciorum Præexercitamentis*: item *de Appellationibus*, & *de Finibus regundis*.

PHILIPPUS. Philippus ruſticos, per Germaniam tum [illegible]ltuantes, repreſſit, U[illegible]. cum Ducem VVirtembergicum (cognatum ſuum) armis reſtituit 1534. Ferdinandi R[illegible]s copias ad Lauffen profligavit, ac Philippum Com. P[illegible], in fugam coegit. Monaſterienſem urbem, ab Anabaptiſtis occupatam, expugnavit 1535. Dux Smalcaldici fœderis creatus, Henricum jun[illegible]em Ducem Brunſuic. ditione ſp[illegible]l avit, poſt cum Carolo filio cepit, 1[illegible]45. At anno 1547. Carolo V in bello Germanico, promiſſo fretus (ohn ewige Gefängnuß) ſe ſiſtens, nil mali cogitans, Halæ 18. Jun. 1547 [illegible] in cuſtodia ad annum 1552. permanſit. Cùm Mauritius Elector Saxoniæ cum Carolo V ſubtiles interpretationes, ab Atrebatenſe ſuggeſtas nectente (non eſſe promiſſum omnimodam à carcere liberationem, ſed tantum, ut ſe ſiſteret, non æternum captivus detineretur, ſed reſtitueretur, (ohn ewige Gefängnuß) quem in finem Atrebatenſis ex ewig/ einig/ [illegible]erarum contractione fecit) diſputaret, eidem Philippus quod [illegible] *At ego te*, inquit *tanquam Imperatorem non tanquam Legiſtam volo pactiones & fœdera interpretari.* A genero dein Mauritio Electore Saxoniæ, & VVilhelmo filio ſuo liberatus, & patriæ reſtitutus, per xv. annos adhuc rexit, & moriturus teſtamento ditionem filiis, ipſis ſubſcribentibus, diſtribuit. Tandemque 1567. qui [illegible] climactericus fuit 31. Mart. mortalitatem exuit.

WILHELMUS. LUDOVICUS. PHILIPPUS II. GEORGIUS. VVilhelmus primogenitus Caſſel[illegible] ſedem ſuam h[illegible]uit. Ludovicus Marpurgi, Philippus II. Rheinfel[illegible], Georgius Darm[illegible]ij.

WILHELMUS SAPIENS. VVilhelmus cognom. Sapiens, virtutibus & artibus Principe dignis, ut & literarum, in[illegible]s h[illegible]æ, cogni[illegible] c[illegible]us, juvenis admodum arma ſumpſit, cum ſorore Mauritio E[illegible]ect. Saxoniæ, & [illegible]eratis Alpium faucibus, occupataque Er[illegible]ga, Carolum V. Cæſarem coadeg[illegible] ut Oenıponte noctu accenſis [illegible]bus fugere coactus ſit, quam expeditionem liberatio patris conſecuta eſt. Ex uxore Sabina, Chriſtophori Duc[illegible] wirtembergici filia, undecim liberos ſuſcepit, ex quibus [illegible] Pr[illegible] à literis excultiſſim[illegible] Græce & Latine exacte [illegible]it. Hiſpanice, Italice, Gallice novit. Philoſophiæ præterea, & omnium bonarum artium abſolutiſſimâ

MAURITIUS. cognitione [illegible] Ex prima conjuge 4. ſuſcepit liberos, ex his Otto, natus 25. Dec. 1594 factus Abbas Hirsfeldenſis 1606. improviſo globi ictu periit 1617. Ex ſecunda conjuge xv. procreavit, in ſchemate nominatos; ipſe obiit 1632. 15. Mart.

Ludovicus Mar[illegible]enſis, cùm liberis careret, teſtamentum condidit 1595. quo fratrum defunctorum liberis, Mauritio, VVilhelmi filio, & Ludovico Darmſtadenſi, Philippo Buzbacenſi, & Friderico Homburgenſi, Georgii filiis, ita proſpexit, & diſpoſuit pro bonis ſuis, tàm feudalibus, quàm patrimonialibus, ut Landgravio Mauritio cederet dimidia pars omnium bonorum, altera dimidia Georgij filiis, (cum tamen renove fraternitatis inter domum [illegible]acam & Saxonicam, item vi teſtamenti aviti, & inveſtiturarum Cæſarearum tota hereditas teſtatoris, exceptis

xxx. M.

xxx. M. florenotum, de qua liberam habuerat teſtandi facultatem, dividenda fuerat inter fratrum liberos in æquales portiones, atque ita Landgravius Mauritius ſuccederet in quartam partem, in reliquas tres prædi- MAURITIUS.
cti Georgij filij, Ludovicus, Philippus, & Fridericus, quod juri commu- LUDOVICUS.
ni conveniens, & conſtitutioni Caroli V. quâ filij fratrum, ſi ſoli ſint, PHILIPPUS.
patruo defuncto in capita ſuccedunt, & ſinguli tàm in feudalibus, quàm FRIDERICUS.
allodialibus viriles portiones conſequuntur.) Eodem teſtamento præceperat etiam heredibus ſcriptis, ne quid in Eccleſiis & ſcholis innovarent, nec religionem Auguſtanæ Confeſſionis ullo modo mutarent, ſub pœna amittendæ portionis relictæ, & execratione in non obſervantem, ejuſque poſteros. Publicato teſtamento Mauritius publicè profeſſus eſt: *Se illud cum omnibus contentis in nomine SS Trinitatis acceptare, & ſanctè ac firmiter illud ſervare velle.* Agnati verò filij Georgij, habitâ deliberatione reſponderunt: *In quibus teſtamentum hoc juri Cæſareo, pacto confraternitatis, diſpoſitioni avitæ, & Statuto familiæ jurato, non eſſet contrarium, in illis ſe id agnoſcere.* Res hæc ad Auſtregas, deinde ad Cæſarem delata. Interea Mauritius Theologos Auguſtanæ Confeſſionis exauctorat, & ab officiis removet, in eorumque locum Calvinianos ſubſtituit, & contra præceptum teſtatoris Eccleſias reformat. Judicium coram Rudolpho II. Imp. 1605. cœptum, imperante Ferdinando II. 1623. finitum Ratisbonæ in Comitiis, quo Mauritius ad reſtitutionem partis poſſeſſæ ſuperioris Haſſiæ cum fructibus perceptis condemnatus & liquidorum quidem ſumma ad 17. ferè auri tonnas aſcendit. Illiquidi aliquot tonnas auri excedentes ad ulteriorem liquidationem remiſſi: cui ſententiæ, cùm non pareret Mauriti⁹. graves inde motus, & bella. Filius Mauritij Wilhel- WILHELMUS.
mus anno 1637. moriturus, tutelam filioli Wilhelmi, & adminiſtrationem Landgraviatus per teſtamentum uxori ſuæ Ameliæ Eliſabethæ Hanoviæ, & regibus Galliæ, & Angliæ commiſit. Eandem jure agnationis ſibi poſtulabat Georgius Darmſtadienſis, Ludovici filius, qui patrocinium Cæſaris, Caſſellani a. Galli, & Sueci quærebant. Et quanquam Wilhel- GEORGIUS.
mus pace Pragenſi excluſus & proſcriptus, armis tamen, dum vixit, ſe tutatus eſt, ut & eo mortuo vidua illius, Heroina incomparabilis, filium poſtea feliciter gubernacula tenentem, defendit, quæ 1651. deceſſit. Tandem inter Wilhelmum & Georgium amicabili tractatione & compoſitione omnes differentiæ ſublatæ ſunt.

VVilhelmi frater, & Mauritij filius, Fridericus, occiſus in Polonia FRIDERICUS.
1655. 24. Sept. Alter frater, Erneſtus in Rheinfels, cum conjuge Maria ERNESTUS.
Eleonora Solmenſi ad Pontificios defecit Coloniæ 1652.

PHILIPPUS.

Philippus Buzbacenſis, Princeps optimus, dum paralyticus, & ex lumbis, quotidiè uteretur remediis, accidit, ut per chirurgi veterani, & clinicarum muliercularum infauſtam medicationem in Laconico, dum ſudor cietur, corpore tenus uſtularetur, & ſicut erat ſummè valetudinarius, paucis poſt diebus fato eriperetur 28. April. 1643.

DUCES WIRTEMBERGICI.

Cunradus. Ulricus. Eberhardus Contentioſus. Ulricus. Eberhardus Senior. Eberhardus Iunior. Ludovicus. Ulricus Beneamatus.

WIrtembergicus Ducatus nomen habet à veteri Caſtello in umbilico ejus ſito, quod veluti ſpeculam quandam multis retrò ſeculis Comites incoluere. Ex his ſub Henrico IV. Imp. clarus ac potens fuiſſe legitur, CUNRADUS, à quo longa ſerie deducitur Ulricus, qui cum fratre Eberhardo *Tubingam* à Gothofredo & VVilhelmo fratribus Comit. Palatinis in Tubingen emit. qui Gothofredus uxorem habuit Claram Comitiſſam Friburgenſem, quæ ei caſtrum *Liechtenegk* in dotem attulit. Ulrici frater Eberhardus Contentioſus dictus, à Carolo IV. Imp. Advocatus civitatum Imperialium Heilbrunnæ, Eſlingæ, VVeilen, Reitlingen, Ulmi, & aliarum plurium conſtitutus, bello diu ab ipſis petitus fuit: quod tandem prœlio ad Wilam Imperialem, Anno 1388. finitum: in quo Civitatum Imperij potentia & ſuperbia ab Eberhardo Victore deleta & fracta, cum jactura tamen filij Ulrici, Herois quoque ſtrenui, qui in dicto prœlio generoſa morte obiit. Hic Ulricus filium habuit Eberhardum Seniorem, qui genuit Eberhardum Comitem Wirtembergenſem Iuniorem. Hic per uxorem Henriettam, Henrici IV. ultimi Com. *Montbelgardenſis*, qui Sigiſmundo Ungariæ Regi contra Turcas militans, ad Nicopolin 1396. occiſus eſt, filiam, ditionem illam, & ad eam pertinentes, Granges, Clareval, & Paſſavant, Wirtembergenſi familiæ adjunxit. Ejus filij terras inter ſe partiti ſunt: Ludovicus Uracum cum tractu vicino ſortitus, ſimul cum Balinga, Dutlinga, & Blabyrio, à Comitibus Zolleranis & Helfenſteinis emptis. Ulricus verò adeptus eſt Stutgardiam cum proxima ditione.

Eberhardus Barbatus. Eberhard. II.

Ludovicus obiit 1450. relicto ſucceſſore quinquenni Eberhardo cogn. Barbato, cui primo licentiam auxit puero immatura mors patris, & matris ſecundæ nuptiæ cum Alberto Auſtriaco, unde factum, ut reliquum pueritiæ tempus ſub tutoribus degeret, cui primas literas tradidit Iohannes Nauclerus, prohibitus, ne eum Latinum faceret, ſufficere enim, ſi vernaculam linguam legere & ſcribere didiciſſet; quod ille tamen vir factus, moleſtiſſime tulit. Mortuo fratre Ludovico natu majore, cùm videret, ad ſe reſpicere omnia, imperium arripuit, non plenè adultus. Exactâ adoleſcentiâ cœpit mores mutare, ita ut virili toga induto, & uxore ductâ, nemo caſtigatior & ſeverior inventus. De conſilio Patrui Ulrici, & Mechtildis Matris instituto item Ioh. Naucleri, & Ioh. Reuchlini Academiam Tubingensi fundavit 1477. Novum Ordinem D. Petri in ſylva Schonbach inſtituit, attributis dotis nomine nonnullis prædiis ruſticis, aliiſque bonis, & puro auro 18 M. florenor. Rhenenſium. Viſitavit quoq; terram Sanctam; & à Sixto IV. P. R. Aureâ Roſâ donatus eſt 1482. In ordinem Equitum Aurei Vell. adſcitus à Maximiliano Imp. 1492. In Comitiis VVormatienſibus Idem Imp. Eberhardum ex Comite, hunc honorem non ambientem, Ducem VVirtembergenſem & Teccenſem creavit, præſentibus totius conventus Principibus, nec non Regum, Ducum, aliorumque Principum, & Communitatum oratoribus, proſpera precantibus. Ad augendam dignitatem gentilitatis ſuæ, cum patruele Eberhardo Unionem Ducatus conſtituit, ita ut nullo unquam tempore dividi poſſet, aut deberet. Barbam à multo tempore nutrivit, unde cognomen accepit. Corpore erat exiguo, ſed nervoſo, frequentibus morbis, febri, dyſenteriâ, calculo jugiter vexatus, annum agens LI. 6. Cal. Mart. Tubingæ carnis debitum perſolvit 1496. Eberhardus ejus

patrue-

patruelis, extra patriam agens; juxta ordinationem jam pridem ſacramentis firmatam, continuò ad imperium vocatus eſt, cùm vix duobus annis Ducatum adminiſtraſſet, eundem deſerit, clinodiis, vaſis aureis & argenteis ſecum abſportatis; tandem anno 1504. in arce Lindenfels, ditionis Palatinæ, obiit. Ejus frater Henricus, in caſtro Hohenaurach vitam finiit 1519. HENRICUS. Cujus filia Maria nupſit Henrico juniori Duci Brunſuicenſi. Filius verò Ulricus natus 1487. à pueritia fuit in maxima gratia Maximiliani Imp. ULRICUS. ab eodem vix decennis ſucceſſor datus Eberhardi II. Patruelis, adjunctis regentibus, quorum conſilio & ope adminiſtraret. Anno deinde 1519. ob Reutlingam expugnatam, à Suevici fœderis ſociis, omni ſuâ ditione exutus, qui eam Carolo Cæſari obtulerunt, hic verò fratri ſuo Ferdinando conceſſit, & poſthabitis interceſſionibus Principum Germaniæ, & Franciſci Galliæ R. in Comitiis Auguſtanis 1530. excluſo Ulrico, in eundem fratrem publicè contulit titulos, honores, dignitatem, & bona Ducis Wirtembergici. Armis deinde Philippi Haſſiæ Landgr. reſtituitur Dux Ulricus 1534. In bello Germanico, Saxonis, & Landgravij partes ſecutus, iterum Ducatu ejicitur 1546. Sed Ulmæ Cæſari factum excuſavit, & deprecatus eſt, ſupplex factus Victori, à quo mox iterum reſtitutus erat. Obiit 1550. ſucceſſore relicto filio unico Chriſtophoro, CHRISTOPHORUS. qui patre exacto, in Bavaria apud Avunculos educatus eſt. Inde à Rege Ferdinando Oenipontem, deinde Viennam translatus, & clam poſtea, è Caroli Cæſaris aula, qui eum in Hiſpaniam ſecum perpetuùm ducere ſtatuerat, ut eâ ratione Ducatum fratri integrum relinqueret, elapſus, in Galliam ad Franciſcum R. ſe contulit, opem quoq; apud eundem ad reſtituendum patrem exulem implorans. Erat fortè eo tempore apud Franciſcum R. Paulus III. P. M. cujus dextrum pedem, cùm Rex & Principes præſentes deoſculati fuiſſent, Chriſtophorus heroico inſtinctu ductus, palàm negavit: *Se ſacerdotis crepidas deoſculaturum.* Mortuo patre, à ſubditis antea è Montbelgardio vocatus, regimen provinciæ ſuſcepit, in qua multa reſtauravit, & reformavit in melius. Cœnobia Monachorum in publicas ſcholas convertit; obiit 1568. Ejus filij inter alios Eberhardus, qui deceſſit ante patrem, & Ludovicus, LUDOVICUS. qui cùm paternis artibus diu pacificè & juſtè Ducatum rexiſſet, ſine liberis 1593. deceſſit; atque ita Ulrici poſteritas extincta eſt.

Georgius Ulrici frater Comes Wirtemberg. & Montbelgard. Dominus Hericuriæ, GEORGIUS. jam ſenex uxorem duxit Barbaram Haſſiacam, & procreavit Fridericum, FRIDERICUS. qui Ludovico Agnato in Ducatu Wirtemberg. ſucceſſit. Hic pari cum majoribus ſuis virtute & prudentiâ provincias adminiſtravit, & anno 1608. moriens ex Sibylla Anhaltina Johannem Fridericum, cum fratribus in ſchemate notatis, reliquit.

Johannes Fridericus ſucceſſor patris in Ducatu Wirtemberg. duxit 6. Novemb. 1609. JOHANNES FRIDERICUS. Barbaram Sophiam Brandenburgicam, ex qua nati EBERHARDUS, Fridericus, & Ulricus, EBERHARDUS. FRIDERICUS. quorum ultimus obiit 4. Decemb. 1671. ULRICUS.

Ludovicus Fridericus ſucceſſit in Comitatu Montbelgard. qui duxit I. 1617. 14. Iul. LUDOVICUS FRIDERICUS. Eliſabetham Magdalenam Haſſiacam, ex qua ſuſcepit Henricam Ludovicam, nuptam Alberto Brandenburgico in Onoltsbach, & Leopoldum Fridericum. LEOPOLDUS FRIDERICUS. II. Annam Leonoram Naſſoviam, quæ ipſi peperit Georgium, GEORGIUS. maritum Annæ, Caſparis Collignij Mareſchalli Franciæ, filiæ, &c.

MARCHIONES BADÆ.

MArchiones Badæ deducunt nonnulli ex urbe Roma ab Urſinis, alij ab antiquis Gothorum Regibus, & Scaligeris Veronæ dominis. Qui ab Italis, & horum, & aliorum Germanorum Principum origines deducunt, laterem lavant. Germania non cepit Italiam, non Italia Germaniam. Hæc illi præfecit Duces, Comites, Præſides, Juridicos, & non ſemel immiſit populorum, & una nobilium examina: præſertim verò Gothia, ex qua dicto Caroli V. Imp. totius Europæ nobilitas exorta eſt. Familia Badenſis & Hohbergenſis ab antiquiſſimis Vindoniſſæ, Altenburgi, & Habsburgi Comitibus originem habet, ut & Comitum Zäringenſium, Ducum Tecciorum, & hodiernorum Auſtriacorum.

HERMANNUS I. HERMANNUS II. HERMANNUS III. Ex his Berchtoldi Comitis Zäringenſis frater, Hermannus I. Monachus Cluniacenſis, ante ingreſſum monaſterij genuit Hermannum II. & hic Hermannum III. qui multò prius quàm Fridericus I. ad Imperium pervenit, aut Italiam ingreſſus eſt, Marchionatum Badenſem tenuit.

HERMANNUS IV. Anno 1243. obiit Hermannus IV. Marchio Veronenſis, Dominus de Baden. Auxit hic provinciam Pforzena, Durlaco, & Ettlinga, ex patrimonio uxoris Irmentrudæ, filiæ Henrici Elect. Palatini, & Ducis Brunſuicenſis, ſororis Agnetis, quæ in domum Bavaricam nupta, eo ut primogenita, Electoratum tranſtulit.

HERMANNUS V. Ex hac natus Hermannus V. factus ex uxore Gertruda, filia & herede Henrici Medlingenſis, Dux inferioris Auſtriæ. obiit 1250. .. Octob.

FRIDERICUS I. Inde natus Fridericus I. Marchio Veronenſis ex patre, ex matre Dux Auſtriæ; captus hic unà cum Cunradino Duce Sueviæ, Rege Siciliæ, capitis ſupplicio afficitur, ſuaſu Pontificis, à Carolo Andegavenſi, occupatore regni Siculi. 1269.

CHRISTOPHORUS. Anno 1500. tenuit univerſam ditionem Chriſtophorus natus ex Catharina, ſorore Friderici III. Imp. Marchio Badenſis, & Hochbergenſis, Comes Sponheimenſis, Vicarius & Proprinceps Cæſaris in Ducatu Lucemburgico, Eques Aur. Vel. miles celeberrimus, Princeps potentiſſimus; auxit idem provinciam Lahrenſi & Roromachenſi ditionibus, primusq; deſertâ arce veteri migrat in urbem Badenam, cedens matri viduæ. obiit 1527. 19. Apr. Ex uxore Ottilia, filia unica Philippi Senioris, ſorore junioris Comitum in Catzenelnbogen, ducta 1568. numeroſam ſobolem ſuſcepit.

ADELBERTUS. Ejus frater Adelbertus ex diviſione habuit Hochbergam, ſed reliquit omnia fratri, contentus annuis mille florenis. Secutus militiam Maximiliani I. & filij, Regis Hiſpaniarum Philippi. occiditur in expugnatione oppidi Flandriæ Damm, pro liberando Maximiliano I. apud Bruggenſes captivo, 1488.

BERNHARDUS III. Ex filiis Chriſtophori Bernhardus III. primò Dominus Sponheimij & Rotomachi, ſed defuncto fratre Philippo, Badæ & Lahræ, miles magnus Cæſaris Maximiliani, & gubernator Lucemburgicus, ſexagenarius duxit uxorem Franciſcam, Caroli Lignaci, Ruſſij, & Briennæ filiam, quæ poſtea nupſit Adolpho Naſſovio.

PHILIBERTUS. ex hac natus Philibertus, qui in acie ad Monconturium occubuit 1569. 3. Oct. Ex altera uxore Mechtilde, Bav. Duciſſa, ſuſcepit Iacobam, Iohanni Wilhelmo Duci Iuliacenſi nuptam,

PHILIPPUS III. Philippum III. ſponſum Sibyliæ, V Vilhelmi Ducis Cliviæ filiæ, quæ poſtea nupſit Marchioni Burgaviæ, Annam Mariam, uxorem Alberti Dynaſtæ Bohemiæ à Roſenberg. 1578, Mariam Salomen, nuptam Georgio Ludovico Landgravio Leuchtenbergico.

CHRISTOPHORUS. Chriſtophorus alter Bernhardi filius, Philiberti frater ad cœlibatum deſtinatus, duxit uxorem Cæciliam, Guſtavi Sueciæ Regis filiam,

matrem

matrem ex eo factam 6. filiorum, quorum primogenitus in Anglia natus Eduardus Fortunatus, qui vivus adhuc videnſque excidit poſſeſſionibus ſuis, ex hereditario pacto occupatis ab Erneſto Friderico, Caroli filio. Itaque in aulam Alberti Archiducis ſe contulit, ubi in nuptiis Secretarij ſui è caſu de gradibus cervicem fregit, 8. Iun. 1600. Ex Maria ab Eyken genuit Wilhelmum, Hermannum, & Albertum, qui per ſententiam Cæſaris ditiones paternas recuperârunt, 15. Aug. 1622. EDUARDUS FORTUNATUS.

Wilhelmus ex Comitiſſa Zolleriana præter tres filias 6. habuit filios; ex his Ferdinandus Maximilianus duxit Louyſam Chriſtinam, Thomæ Sabaudiæ Ducis filiam, pater per eam factus Ludovici Wilhelmi, nati Lutetiæ 1655. 8. Apr. Albertus a ſclopeto improvidè exonerato mortem ſibi acceleravit, 1626. WILHELMUS. FERDINAND MAXIMILIA LUDOVIC WILHELMUS.

Erneſtus Chriſtophori filius, Bernhardi III. frater in diviſione ditionum adeptus eſt Marchionatum Hochbergenſem, & Pfortzheim cum dominiis, Suſemberg, Badenweiler, & Röteln. Princeps frugalis & prudentiſſimus, obiit 1553. 6. Febr. cùm vixiſſet annos 71. prima ejus uxor Eliſabetha, Friderici March. Brandenb. f. ob. 1518. 31. Maj. Ex 10. liberis ſolus Carolus ſuperſtes ei ſucceſſit, Princeps pacificus, qui uxorem habuit Cunigundam, Caſimiri March. Brandenb. filiam, matrem Alberti, qui novendecim annorum adoleſcens ex podagra moritur, 1574. 5. Maji, & Mariæ, quæ octennis è vita deceſſit 1561. 11. Nov. altera ejus conjunx Anna, Ruperti Palatini Ducis Veldentij filia, Princeps fuit virtutibus omnibus celeberrima, mater VII. liberorum. Carolus ſedem & aulam Pfortzhemio Durlacum tranſtulit, ubi arcem exſtruxit, ſicut & reliquas ſuæ ditionis reſtauravit, & munivit. ERNESTUS CAROLUS.

Erneſtus Fridericus ejus filius agnatum Eduardum Fortunatum ditionibus exuit 1594. cujus ſcripta ſuper ea re multa extant. Uxorem habuit Annam, Ezardi Com. Oſtfriſiæ filiam ſterilem; itaque illo defuncto omnem ditionem ad ſe recepit frater Georgius Fridericus, qui in bello Germanico contra Cæſarem arma ſumens, ut expeditius bello vacaret, gubernationem in filium majorem Fridericum tranſtulit, verùm inter Hailbrunnam & Wimpenam à Tillio, anno 1622. cæſus, in fugam ſe dedit, & à Cæſare proſcriptus, aliquamdiu in Sabaudia latuit, poſt Genevam ſe recepit, ubi & mortuus eſt 1638. Tres hic habuit uxores; ex prima Rheingravia quindecim liberorum pater factus; ſecunda illi tres peperit filias. Senex jam duxit Eliſabetham Præfecti Stauffenbergenſis filiam, ex qua aliquot liberos ſuſcepit, non diu ſuperſtites. ERNESTUS FRIDERICUS. GEORGIUS FRIDERICUS.

Fridericus patri ſucceſſit, eidemque ablata per pacem Oſnabruggenſem plenariè recepit: quinque habuit uxores, ex prima octo, ex ſecunda tres habuit liberos, in ſchemate notatos. FRIDERICUS.

Jacobus Caroli filius diſputationem inſtituit inter Iacobum Andreæ, & Johannem Piſtorium Badæ, 18. Nov. 1589. inde Confeſſionem Auguſtanam, hactenus à ſe agnitam, deſeruit, & Pontificiam religionem palam ſecutus, Miſſam, & illorum ritus inſtauravit, quod dum magno ſtudio & zelo agit, dyſenteria correptus, juvenis 28. annos natus extinguitur 7. Aug. 1590. relictâ conjuge Eliſabethâ, Florentij Com. Calenburgij filia, quæ poſtumum Erneſtum peperit, qui vix anniculus, obiit. IACOBUS.

Erneſtus verò Fridericus dimiſſis ſuperſtitionibus Pontificiis, Eccleſias in priſtinum ſtatum reſtituit. ERNESTUS FRIDERICUS.

PRINCIPES ANHALTINI.

COmitum Aſcaniæ antiquiſſima ſtirps eſt, quæ ſola ferè gentis ſuæ nomen à veteribus Aſcaniis, qui ad Herciniam incoluerunt, conſervavit inter tot rerum viciſſitudines, & familiarum mutationes, tam crebras & varias. Nam aliæ vetuſtæ Germanicæ appellationes, quas hiſtoriæ Romanæ celebrant, ferè omnes interierunt, obtritæ vetuſtate, aut cum familiis ipſis ſimul abolitæ. Prodierunt ex hac ſtirpe Urſini nobiles Romani, iis procreati parentibus, quibus Imperatores noſtri Italiæ

OTTO DIVES. gubernationem commiſerunt. Peucer. *in Chron. pag.* 900. Ex his Otto dives, Comes Aſcaniæ, Ballenſtadij, & VVolpæ, & per uxorem Helicam

ALBERTUS URSUS. Magni Saxoniæ Ducis filiam, Marchio Soliſquellæ, filium habuit Albertum Urſum cognom. Pulchrum, cui Fridericus Barbaroſſa Imp. in conventu Mersburg. 1180. cùm ei Cunradus Imp. ante decennium Marchiam Brandenburg. attribuerat, Electoralem dignitatem, veteri familiâ è Comitibus Stadenſibus extinctâ, addidit. Hic duas habuit uxores, ex priòre Sophia, Ottonis Comitis Rheineceij filia, ſeptem liberos ſuſcepit. Al-

Nobiliſſima Ateſtina familia omnes ceteras in Italia vetuſtate & nunquam interruptæ ſucceſſionis ſuperat, & alias nobilitate præcellit, connubiiſque juncta fuit cum ſummis Principibus. Anno 1000.

BONIFACIUS III. vixit Bonifacius III. Marchio Mantuæ, Parmæ, Lucæ, & Ferrariæ qui ex Beatrice, Conradi II. Imp. filia, procreavit Mathildem, quæ omnium paternarum provinciarum heres, adeoque Princeps potentiſſima, primo nupſit Gotfrido gibboſo Lotharingiæ Duci 1076. Anno [illegible] ſecundo Azoni IV Eſtenſi. Tertio Welphoni V. Bavaro, qui ob impotentiam [illegible] ditarem ſtatim poſt nuptias è thoro ejectus, in patriam rediit. S[illegible] & ipſa ante fuit. Partes Pontificis contra Henricum IV. Imp. fovit, [illegible] tura plurima Tuſciæ & Liguriæ loca Romanæ Eccleſiæ legavit, [illegible] die patrimonium S. Petri appellantur, & in 30 [illegible],

AZO V. unde contentiones & bella inter Cæſares & Papas orta [illegible]. Azo V. ducta in uxorem Cunigunda, Welphi II. Bavari, Com. A[illegible]

WELPHUS IV. & herede, duos procreavit [illegible] IV. [illegible]m

Ducum

Ducum Brunſuic. & Lunæburg. & Azonem VI. à quo deſcendunt Marchiones Eſtenſes, ſive Ferrariæ. AZO VI.

Anno 1400, vixit Albertus III. Marchio Eſtenſis, Ferrariæ, Mutinæ, & Regij, cui 1403. defuncto ſucceſſit filius Nicolaus, prudens & magnanimus, qui ex uxore tertia duos habuit filios, Herculem & Sigiſmundum, naturales verò plures, quorum Leonellus & Borſus ordine in Principatu ei ſucceſſerunt, ob. 1440. Ille rerum potitus dictos fratres juſto matrimonio natos, ne ſibi negotium faceſſerent, Neapolin ad Alphonſum Aragonium amandavit; duxit in uxorem ejuſdem Aragoniæ Regis filiam, Mariam, 1444. vid. *Pand. Triumph. Mod. p.* 214. Ferrariam præclaris ædificiis exornavit. Moriens 1450. 1. Octob. filium ex Iohanna Gonzaga uxore, Nicolaum, Borſo fratri commendavit. Qui aſſumpto Principatu Herculem & Sigiſmundum Neapoli revocavit, & ut ex ſe natos liberaliter tractavit; à Friderico III. Imp. Dux Mutinæ & Regij, ac Comes Rovigenſis creatus eſt, Ferrariæ 18. Maji, 1452. adjectâ poteſtate ceræ albæ in ſigillis adhibendæ. Mod *Pand triumph t. . p.* 161. mox à Paulo II. P.M. etiam Dux Ferrariæ, ubi cùm totius civitatis luctu 1471. obiit. Succeſſit ei Hercules frater, quem Nicolaus Leonelli filius non nihil impetivit, ſed captus, & inſcio Hercule interfectus fuit. Erat ille prudentia ſingulari, & ingenii acumine, reique militaris uſu clarus, qui conſtanter ſe defendit contra Pontificem Sixtum IV. & Venetos. Ex Eleonora, Ferrandi Neapol. Regis filia, ſuſcepi liberos mares IV. fœminas duas. Ex his Beatrix nupſit Ludovico Sfortiæ Mediolano, Iſabella Franciſco Gonzagæ Mantuæ Duci, quæ ob. 1505. In Principatu ſucceſſorem habuit primogenitum Alphonſum, maximi ingenij virum, cui Iulius II. Pont. M. Mutinam, Regium, & alia trans Padum oppida eripuit, eumque ditione totâ extrudere conatus eſt; idemque etiam Leo X. occultius egit. ſed eorum molitiones ingenij ſummi præſtantia ſic vicit, ut ſe in veteri poſſeſſione tueretur uſque ad Adriani VI. Pontificis in Italiam adventum, cum quo de controverſia tranſegit. Prima uxore Anna, Galeatij Sfortiæ Mediolani Ducis filia defunctâ, Alexander VI. Pont. Max. Lucretiam filiam, quæ jam tribus viris deſponſata fuerat, & tunc Giſmundi Biſeliorum Principis, Alfonſi Neapolitani regis nothi, à Valentino Alexandri f. trucidari, viduam, cum c. M. aureorum in pecunia numerata dotis nomine, multiſque maximi pretij muneribus connubio junxit; quæ filios quatuor peperit. Ex tertia uxore Laura Euſtochia, obſcuræ quidem originis, ſed acerrimi ingenij muliere tres liberos procreavit. Ex his Alphonſus ex Iulia Urbini Ducis filia Cæſarem procreavit. Ejus frater Hippolytus Cardinalis cùm vehementi amore juvenculæ cujuſdam arderet, hæc non minore ardore Iulium, Hippolyti ex concubina natum fratrem, amabat, cujus oculorum pulchritudine ad tantum amorem ſe accenſam Hippolyto faſſa eſt. Hic furore percitus in ve[illegible]ne per ſervos ſuos fratri oculos, velut amoris ſui æmulos [illegible] curavit. [Guicciard. *in fin. libr. 6. pag.* 625.] qui tamen celeri & di[illegible] medicorum cura, ab que luminis jactura in locum ſuum repoſiti ſunt. [I[illegible]m *lib.* [illegible] *pag* [illegible]46.] Hic Iulius cum fratre Ferdinando ad [illegible]ternos carceres ob conjurationem in Alphonſum condemnatus eſt. [illegible] Alphonſus 1534. 31 Octob. Hercule II. filio herede relicto, qui [illegible] terna opes [illegible] am affinitatem [illegible]t, ductâ Renatâ, Ludo[illegible] R[illegible] G[illegible] filia, Claudiæ, Franciſci I. Regis uxoris ſorore, at[illegible] ep[illegible] ex [illegible] of[illegible]ma ſobole, imperium diu pacatum tenuit. [illegible] 1559. [illegible] ept[illegible]mb. ætat 5[illegible]. ALPHONSUS. HERCULES II.

[illegible] I[illegible] cum ex tribus uxoribus nullam haberet ſobolem, heredem [illegible] Cæſarem, Alphonſi I. ex Laura Euſtochia humili loco natu, [illegible] potem, unde bellum ortum inter hunc, & Clementem VIII. P. M. ALPHONSUS II. CÆSAR.

ALBERTUS III. NICOLAUS. LEONELLUS. NICOLAUS. HERCULES. ALPHONSUS.

fendi Dominum, quod 1598. certis conditionibus compoſitum eſt, & Ferraria Pontifici conceſſa: Ipſe vero à Maximiliano, & Rudolpho Impp. Mutinæ & Regij Dux, atque Imperij Princeps factus eſt. Ex Virginia, Coſmi Magni Ducis Hetruriæ filia, procreavit Alphonſum, Alouyſium, Hippolytum, Equitem Melitenſem, Nicolaum, & filiam Iuliam.

ALPHONSUS. Alphonſus duxit 1608. Iſabellam, Caroli Emmanuelis Sabaud. Ducis filiam, ex qua geniti, Franciſcus, Obizo, Cæſar, Alexander, & Rinaldus; gubernationem a. Ducatuum filio Franciſco tradens, monaſterium ingreſſus eſt, Capuccinorum ordine ſuſcepto 1629.

FRANCISCUS. Franciſcus duas habuit uxores: 1. Mariam, Rainutij Ducis Parmæ filiam, & hâc 1646. defunctâ, Victoriam, ejus ſororem, ex qua nati, Alphonſus, Almericus, Iſabella, Iulia, Maria.

ALPHONSUS. Alphonſus duxit Martinozziam, Iulij Mazarini Cardinalis neptem.

DUCES PLACENTIÆ ET PARMÆ.

Phil. Briet. Geogr. Tom. 2. lib. 6. pag. 841. Piaſec. in Chronic. pag. 113.

Placentia addicta fuit Romanis Impp. quamdiu majeſtas illorum, Exarchatuſque Ravenæ dignitas fuit incolumis: quibus eversis exemplo reliquarum eo tractu urbium Longobardicum ſuſcepit jugum captoa. Longobardorum rege Deſiderio, auſpiciis Caroli M. primum Italiæ Regum, poſt Cæſatum ſubjecta fuit Imperio. dein libera quodam modo facta ſub fide conſtitura Imperij partim ſuorum civium partim exterorum dominatu oppreſſa fuit, ut Palavicinorum, Landorum, Sfortiarum, Galeatiorum, Scororum.

ALBERTUS SCOTUS. In his Albertus Scotus cùm bellum ſibi à finitimis inſtare videret, dæmonem ſuum conſuluit, qui miserabili eum ratione in fraudem illexit: quia enim voces integras proferre non poſſet, in ſingulis ſyllabis quievit, ita reſpondit: *Domine ſtes ſecurus, inimici tui ſuaviter intrabunt terram tuam, & ſubjicientur domus tuæ.* Quo oraculo lætus hoſtibus ſuis obviam ivit. Sed non erat hic ſenſus, ſed longè diverſiſſimus; hoc enim pacto ſyllabæ componi debebant. *Domi ne ſtes ſecurus, inimici tui ſuâ vi ter intrabunt terram tuam, & ſubjicient ur,* (quod Chaldæis ignem denotat) *domus tuæ*, quod & eveniſſe, Albericus de Roſate *in l. nemo Iudaeorum. C. de Iudæis.* teſtis eſt. A Gallis deinde ſubacta 1499. inde à Pontifice Romano 1512. iterum à Gallis, quibus Italia bello ſociali profligatis, Eccleſiæ Romanæ fuit reſtituta, licet à Carolo V. aliquamdiu poſſeſſa, & per Præſides, vicarioſque adminiſtrata. Alexander Farneſius anno 1545. Pontifex creatus, Paulus III. dictus Placentiam cum Parma filio ſuo Petro Aloyſio, beneficiario, vel feudatario nomine conceſſit.

PETRUS ALOYSIUS. Hic intra biennium libidinibus, & contaminatiſſimâ vitâ omnium odium incurrit, hinc aliquot in ejus necem conjurârunt. à patre, aſtrologiæ divinanti, quæ de ſingulorum fortunis judicat, addicto, monitus, ut ſibi caveret à x. Septembris, itemque ab amicis, id primo contemplit, poſt de conjuratione certus, de perſonis & loco incertus, incantationibus evocatum dæmonem de conjuratorum nominibus interrogavit qui nihil aliud, quàm ut diligenter in ſuam monetam inſpiceret, reſpondit, in ea quippe locum conjurationis & conſciorum nomina reperturum; quod facta cæde verum fuiſſe compertum eſt. Nam cum in antica parte Farneſianorum numorum ſcriptum ſit, *P. ALOY. FARNES. PARM. ET PLAC. DVX.* vocis Placentiæ, ubi cædes facta eſt prima 4. elementa Pallavicinium, Landum, Anguiſciolam, & Confalonerium deſignârunt. Dicto die Anguiſciola interim cubiculum irrupit,

miſerum-

miſerumque hominem gladio transfixit. [Thuan. *lib.* 4. *pag.* 88.] Placentia ita à Gonzaga Cæſareanorum Duce intercepta, Parma verò defenſa, & Pontifici, & Octavio nepoti conſervata. Hicque in cæſi patris OCTAVIUS. locum ſurrogatus eſt, cui licet Carolus V. Imp. filiam naturalem Margaretam, Alexandri Medicis viduam elocaret, noluit tamen permittere, ut P[illegible]tia, quæ ad Ducatum Mediolanenſem pertineret, Pontificio dominio cederet, inprimis cùm Octavium clientelæ Galliæ Regis Henrici II. ſe ſubmiſiſſe videret. Tandem reconciliatus ſocero eſt his legibus, ut præſidium Hiſpanorum Placentiæ arcibus rejiceret. Deceſſit Parmæ 19. Sept. 1586. & uxor ejus Ortonæ, quæ illi dotalis erat civitas in regno Neapolitano, exeunte Ianuario ejuſdem anni. Ejus frater Alexander vix annum ALEXANDER. 20. ætatis egreſſus ſummas Legationes ſub avo conciliandis Carolo V. Imp. & Franciſco I. Galliæ R. obivit. Plurima templa Cardinalis factus ædificavit, & inſtauravit. Magnificentiſſimam etiam JEſu ædem Romæ erexit, & ſodalitij cognominis Patribus attribuit. Obiit 2. Mart. 1589.

Alexander Farneſius Dux, Octavij filius Romæ cum Carolo Ge- ALEXANDER. mello fratre natus, cum Carolo Hiſpaniæ Principe, & Iohanne Auſtriaco in Hiſpania octo fermè annos educatus fuit. Anno 1565. mittitur à Philippo R. ad ſororem Margaretam, Belgij gubernatricem, ejuſdem matrem; annorum viginti deſponſavit eidem Rex Philippus Mariam, Eduardi Portug. Principis filiam; in ſacro quoq; navali bello inſignia edidit virtutis ſpecimina. Unde conſtituitur à Rege, Belgij, & Burgund. præfectus, 1579. quas provincias illius mater ſummâ moderationis & æquitatis laude ante aliquot annos adminiſtraverat; Donatur torque Aurei Velleris 1585. Conſtituitur Anglicanæ expeditioni Dux 1588. Prudentiâ, fide, & felicitate nobilis & clariſſimus Dux Philippum impulit, ut ſibi Placentiam arcem reſtitueret, & Novarienſem agrum aſſignaret, ob dotem matris centies decies & ſexies millies aureorum, qui poſtea reſtituti ſunt ab Hiſpano, & retracta Novaria, Duce Parmenſi id moleſtiſſimè perferente. Obiit 4. Decembr. 1592. ætat. 47.

Rainutius Eques Aurei Velleris, S. R. E. Vexillifer, ex Margareta, RAINUTIUS. Johannis Franciſci, & Olimpiæ Aldobrandinæ filia, quæ filia Petri, cujus frater fuit Clemens VIII. P. M. reliquit Alexandrum mutum & ſurdum, Edoardum Ducem Placentiæ & Parmæ, Caſtri & Pennæ, Principem Or- EDUARDUS. tonæ & Altamuræ, Mariam, nuptam Franciſco Mutinenſi, Victoriam, ſecundam uxorem dicti Ducis Franciſci, & Franciſcum Mariam Cardinalem.

Rainutius Eduardi filius hodiè rerum potitur. RAINUTIUS.

Dux Parmenſis a. dicitur perpetuus Vexillifer Eccleſiæ, pendetque à Pontifice, cui quotannis XII. aureorum millia dependit. Percipit annui reditus CC. aureorum millia, aliquando trecenta.

COMITES NASSOVII.

ANtiquiſſimam eſſe familiam Domus Naſuicæ, ſeu Naſſoicæ, vel inde *Vid.* Iohannis Textoris Naſſawiſche Chronick. apparet, quod C. I. Cæſar victo Arioviſto, cum Suevis & Saxonibus pace factâ, cùm ſe ſuis in Galliam reciperet, Præfecturam R[illegible] apud Confluentes, ubi Moſella Rheno jungitur, Naſuæ fratri Cimbe[illegible] (unde Cimberienſes ſive Sinmere[illegible]es Principes nonnulli deri[illegible]) conce[illegible] dicitur. Unde poſtea Comites Naſſovij hereditarii Advocati, [illegible] defenſores & Protectores Rheni, Erbvogt deß Rheins / appella-

pellati ſunt; prout adhuc ex literis diviſionis inter Com. Naſſ. anno ... factæ, apparet. Legitur a. porrò, quòd Otto Comes à Naſſaw pri... dis Equeſtribus ab Henrico Aucupe Magdeburgi anno 935. inſtitutis ... fuerit, inter potentiores Germaniæ Comites numeratus. Secundo to... neamento interfuit Walrabus Com. à Naſſaw, & ſubſequentibus te... bus multi alij Comites Naſſovij aliis Ludis Trojanis interfuere, ac ... te illorum Ludorum Chronico, vel Thurnier-Buch.

OTTO. Præterea fuit Otto Com. Naſſovius, qui ducta anno 1039. Adel... filiâ Wichardi ultimi Præfecti Gelriæ ex ſtirpe Com. de Ponte (... Carolus Calvus Imp. Præfecturam Gelriæ conceſſerat) ab Henrico ... circa annum 1079. Gelriam obtinuit, & primus Sicambrorum, vel G... Comes appellatus eſt; inde in hodiernum diem Ducatus Gelriæ in ... fam...iæ Naſſoviæ, Leonem flavum in clypeo cœruleo, gerit. U... mortuâ duxit Sophiam, Wichmanni Com. Zutphaniæ filiam & ...

Theod. Hoepping *de iur. insignium*, 1279.

GERHARDUS I. Ex prima conjuge natus Gerardus, qui filios habuit Henricum, & Ad...

HENRICUS. nem; ille Gelriæ & Zutphaniæ Comites, cum Saynarda, Gotefri... Ducis Brabantiæ filia, dotis nomine accepit magnam partem Velaviæ. ... Italia Friderico I. contra Mediolanenſes militavit. Monaſterium B... hem propè Dotichemium condidit. Adalbero Præſul Leodienſis accuſatus de laxa Canonicorum ſuorum diſciplina, Romam citatus ... nere animi mœrore, (alij peſte) mortuus eſt Ortonæ 1151. ibidem ...

GERARDUS II. tus. Henrici filius Gerardus II. uxorem duxit Idam, Matthei, & ... Comitiſſæ Bononienſis ...iam, anno 1180. quæ mortuo marito 1183. n...

OTTO II. Bertholdo Zaringiæ Comiti. Gerhardi frater Otto II. interfuit exp... tioni Hieroſolymitanæ Friderici I. Imp. 1100. uxorem habuit Richarda... Gerardi Comitis Juliacenſis, & poſt avunculi fata Bergenſis quoque, ... liam, ex qua ſuſcepit Henricum inter Divos relatum Gerhardum III. ... ceſſorem, Ottonem Epiſcopum Trajectenſem, Adelh...dam, nuptam C... mitis Hollandiæ, & Margaretam, uxorem Comitis Bergenſis.

GERHARDUS III. Gerhardus III. Friderico II. Imperatori militavit; uxores ha... d... 1. Richardam, Roberti Naſſovij Comitis, in Syria defuncti, filiam, matrem Ottonis III. & Henrici Epiſcopi Leodienſis. 2. Sophiam, G... Ducis Brabantiæ filiam. Ruræmundæ duo virorum Monaſteria, & unu... virginum Ordinis Ciſtertienſis exſtruxit. Obiit 1229. 23. Octob.

OTTO III. Otto III. cognomento claudus duas itidem habuit conjuges, ... Margaretam, Theodorici Iuliacenſis filiam ſterilem. 2. Philippam de ... Paulo (vel Simpol) ex qua natus Rainaldus, & Irmgarda, Com... venſi nupta. Ruremundam, Arnhemium, Hardervvick, Bommel Go... & Wageningen, oppida, tunc temporis villas, muris cinxit. Vi... Ord. Ciſtertienſis cœnobium exſtruxit in Gravendal ibidem ...

RAINALDUS I. tus. Rainaldus uxores habuit, 1. Ermgardem, Walerami Ducis Limburgenſis filiam. 2. Margaretam, Guidonis Dampetri Flandriæ Co... filiam. [Dom Petri vicus eſt, ac Dominatus in Burgundia propè Divionem.] A°. 1288. à Iohanne I. Brabantiæ Duce in prœlio Woringano pro Co... tu Limburgico, cujus mortuo ſocero verus heres ..., captus, non antequam liberari potuit, quam omne jus ſuum in Comitatum Limburg & ditionem Waſſenburgenſem Braba...ino c...ſſet. Denique à proprio etiam ... captus in carcere expiravit 1326. Liberos ex ſecunda uxore ſuſcepit R... dum II. Guidonem, Philippum, & Iſabellam monialem S. Claræ C...

RAINALDUS II. Rainaldus II. cognomine Ru...s, cum Ludovico Bavaro in Ita... fuit, & ab eodem Francofurti præſentibus Galliæ & Angl. Regibus, ac ... ctorum Collegio 1339. Dux Gelriæ creatus eſt. Ex prima uxore ... op... filia Florentij gentis Bertholdicæ ultimi Mechliniæ Dom... procreavit filias, Iſabellam, Abbatiſſam in Gravendal, Mariam, ... uxorem ...

2. Io-

1. Iohannis Comitis Clivenſis ultimi ſuæ gentis, 2. Gotefridi Comitis Loſſenſis. 3. Iohannis Comitis Bleſenſis. Mariam, nuptam Wilhelmo primo Duci Iuliacenſi, matrem Wilhelmi, & Rainaldi, Ducum Iuliacenſium, & Gelriorum, & Iohannæ, (cui poſtea in matrimonium ceſſit Iohannes Dominus ab Erkel, qui habuit ex illa Mariam matrem Arnoldi Egmondani Gelriæ Principis.) Margaretam, quæ innupta obiit. Ex altera uxore Eleonora, Eduardi III. Angliæ Regis filia, ſuſcepit Reinaldum, & Eduardum.

Rainaldus III.

R... dus III. cognom. pinguis ſucceſſit patri 1343. cum fratre graves alu it inimicitias, à quo tandem 1461. captus, annos IX & tres menſes in carcere egit; poſt cædem fratris in prœlio contra Wenceslaum Lu... burgicum Ducem Brabantiæ, liber factus, iterum rebus Gelricis præfuit menſes tres, mortuus 1371. nullâ prole relictâ ex Maria Iohannis III. Brabantiæ Ducis filia. In his duobus fratribus defecit Naſſovia Ducum Gelriæ familia horum ſoror Maria Wilhelmi primi Ducis Iuliacenſis uxor, mater fuit Wilhelmi II. Ducis Iuliacenſis, qui uxorem duxit Catharinam Alberti Bavari, Hollandiæ, & Hannoniæ Comitis filiam, ſed ſine liberis obiit.

Gerhardus.

Henricus Dives. **Otto.** **Walramus.**

Henricus dictus dives, quod totum Comitatum Naſſovienſem cum omnibus pertinentiis ſolus poſſederit, interfuit 1209. Ludis Equeſtribus Wormatiæ, ex uxore Mechthilda . . . . . Ducis Gelriæ filia, ſuſcepit Ottonem & Walramum, qui defuncto patre Comitatum diviſerunt 1255. & Ottoni duo Comitatus, *Dillenberg, & Beilſtein*, & fratri ejus Walramo *Idſtein, & VVeilburg*, (unde Comites Naſſovij Sarbruccenſes derivantur) obvenerunt. Walramo natus eſt Adolphus, qui miro aſtu Gerhardi Archiepiſcopi & Elect. Moguntini Imperator electus Francofurti 1292. 8. Id. Ian. coronatus Aquiſgrani 1. Maji. Eduardo I. Angliæ R contra Gallum bellum gerenti, militarem operam ſuam addixit ſtipendio C. M. aureorum. Verùm cùm fidem Regi non ſervaret pecuniâ iſta, ab Alberto degenere Marchione Miſniam emit, quam occupare conatus eſt. Verùm poſt multos congreſſus cum filiis Marchionis, Friderico & Diezmanno habitos, ob tyrannidem & libidines dignitate Imperiali exutus eſt, de conſilio ejuſdem Archiepiſcopi Moguntini, qui ipſum evexerat, & in ejus locum electus Albertus I. Auſtriæ Dux, cujus manu confoſſus dicitur 1298. 6. Non. Iul.

Adolphus Imp.

Otto. **Henricus.** **Henricus.**

Otto uxorem duxit Agnetem Comitiſſam de Solms, ex qua habuit tres filios, Emiconem, Henricum & Iohannem. Henricus, fratribus ſine liberis defunctis, uxorem duxit Comitiſſam ab Arnsburg, quæ ipſi peperit Ottonem & Henricum, qui Comitatum iterum diviſerunt 1341. Obrigit Comitatus Dillenburgicus, huic Beilſteinenſis, à quo linea propagata eſt, uſque ad Iohannem Comitem in Naſſaw Beilſtein, quo è vivis ſublato, Comitatus hereditario jure Comitatui Dillenburgenſi conſolidatus eſt.

Otto.

Otto Henrici frater anno 1340. uxorem ſibi adſcivit Adelheidam Comitem de Viandæ; per eam adeptus eſt Comitatum illum cum Baronatu S. Viti, & Diesberg in Ducatu Luzelburg. & Pater factus Iohannis, Henrici, & Ottonis. Major natu duxit Margaretam . . . . . Cliviæ & Marcæ Comitis filiam, ex qua tres filios, Adolphum, Iohannem & Engelbertum ſuſcepit, & ex hoc conjugio domui Naſſoicæ Dillenbergenſi jus & ... o in Comitatum, hodiè Ducatum Clivenſem, & Marcam competit.

Iohannes. **Henricus.** **Otto.**

Adolphus IV.

Adolphus Johannis Naſſovij & Margaretæ Cliviæ filius natu maximus, ex uxore Gutta, Gerhardi Comitis a Diez filia, ſuſceptam unicam Gn... m Godefrido Baroni Epſteinio deſponſavit; inter hunc, & fratrem Adolphi, jam mortui, Engelbertum, controverſia orta, uter in Comitatu

Dietenſi

Diezenſi ſuccederet, & quia Engelbertus ex titulo & contractuo [illegible] rat[illegible]nis & immiſſionis, ſibi per fratrem Adolphum in Comitatu [illegible] ſi factæ, ſuccedere contendebat, tandem per Ottonem Arc[illegible] Trevirenſem ita lis dirempta eſt, ut æquè in Comitatu [illegible]

ENGELBERTUS Hic Engelbertus per uxorem Iohannam Polanam, Philippi [illegible] de Leck & Breda filiam & heredem, adeptus eſt di[illegible] dentem, Dieſtium, & Grimbergenſem, cum Burggraviatu An[illegible] Ex illa tres filios ſuſcepit, Iohannem, Henricum, & Otton[illegible]

JOHANNES nes, fratribus abſque liberis defunctis, uxorem duxit Maria[illegible] Hengsberg, & ex hoc matrimonio Comitibns à Naſſaw jus & [illegible]e quarta parte Ducatus Iuliacenſis acceſſit. Et qua[illegible] Fid[illegible] in ea cauſa anno 1470. Carolum Burgundum, mox Archiepiſcop[illegible]o-virenſem 1474. Commiſſarium o[illegible], his tamen n[illegible] Nec in Comitiis Colonienſibus 1513 Henricus Naſſovius à [illegible]h[illegible] ce Iuliacenſi, ratione quartæ [illegible]ius Ducatus partis, quicquam [illegible] potuit.

ENGELBERTUS Johannis filij Engelbertus, & Iohannes patrias terras inter [illegible] ferunt; Ille Comitatum Vianden, & ditionem Bredanam. Joha[illegible] Com Dillenburg, & Diezenſem, cum eorum pertinentüs acce[illegible] Carolo Burgundo adeò charus fuit, ut eidem non tantum P[illegible] Hollandiæ commiſerit, ſed & ſe abſente univerſi Belgij Legat[illegible]m [illegible] principem conſtituerit. Erat a. in re bellica exercitatiſſimus, & A[illegible] fideliſſimus. Ex prœlio Guinegeſtano victoriam re[illegible]t, & [illegible] Ma[illegible]

Pontus Heuterus [illegible] qui[illegible]lum collocavit. Dieſtum oppidum in Brabantia [illegible]u[illegible] cum om[illegible] jure à Duce Iuliæ emit. Ex Lymburga Bade[illegible]a [illegible]lam [illegible] lem produxit, obiit 1504. Extat Bredaviæ in Collegio D. Barbaræ [illegible] [illegible]m [illegible] ejus præclarorum factorum.

JOHANNES Johannes ejus frater duct[illegible] in uxorem Eliſab[illegible], Henrici La[illegible] vij H[illegible]æ, & Annæ, poſtremæ Comitiſſæ in Catzenelnbog[illegible] actionem ad hunc Comitatum adeptus eſt [*Vid ſupra in Land[illegible] ſiæ pag.* 35.] Præter duas filias reliquit Henricum, & VV ilhel[illegible] pat[illegible]as ditiones ita inter ſe partiri ſunt, ut Henrico Comitatus Vian[illegible] & Baronatus Bredaw, Dieſt, & Grimberg cum Burggraviatu Antu[illegible]

VVILHELMUS ſi; VVilhelmo verò Comit. Dillenberg, & Diezenſis, Caſtro N[illegible] quoad juriſdictionem indiviſo manente, obtigerint.

HENRICUS Henricus à Carolo, Philippi Hiſpaniarum Regis filio, M[illegible] nepote, provincias Belgicas regere & gubernare incipiente, [illegible]. p[illegible] ſiliario & intimo ſuo cubiculario ad[illegible]tus ad Regem Gall[illegible] miſſus, ratione Flandriæ, & Art[illegible]a, [illegible]m c[illegible]ent[illegible]em præ[illegible] Legatione matrimonium iniit cum Claudia, Iohannis Prin[illegible] filia, in gynecæo Gallico tum mor[illegible]nt, Ph[illegible] be[illegible] qu[illegible] Cæ[illegible] gobardiam, & Regnum Neapolitanum acquiſivit, ac cum Bu[illegible]bo[illegible]io [illegible] no 1527. Romam ſuæ pote[illegible] fecit, & Pontificem C[illegible]m[illegible]n[illegible] VII. ei captivum ſi[illegible]t) & hujus conjugij occaſione dignitas Principu[illegible] A[illegible] in Comitum Naſſoviæ familiam translata & hereditaria facta [illegible] coronationi Caroli V. Bononiæ à Clemente VII Pont. Max. pera[illegible]æ & in pompa triumphali, inter digniſſimos Belgij regulos primus, [illegible] [illegible]o [illegible]poſitus (cujus eſt [illegible]m[illegible] [illegible]is & gratiæ locu[illegible] æſ[illegible]rem) in [illegible], ante Philippum de Croyo Marchionem Arelchotæ. [illegible] uxore Claudia unicum procreavit filium R[illegible]atum, exc[illegible]ſi animi Pr[illegible]c[illegible]m,

RENATUS mi[illegible] generoſum, qui Carolo V. Geld[illegible]m recuperavit: ſ[illegible]d[illegible]dione S. De[illegible] tormento bellico ictus, 14. Iul. 1544. occubu[illegible]; c[illegible]a A[illegible] Lotha[illegible]æ Ducis filia n[illegible]llam haberet prolem, an[illegible]eq[illegible] i[illegible] Galliam [illegible], ſuum patruelem VVilhelmum, prætereo pat[illegible] VVilhel[illegible] mo C. Naſſ. in Dillenb., Princip. Auraicum teſtamento ſcripſit. VVi[illegible]

WILHELMUS. VVilhelmus Henrici frater, prudentiæ, magnificentiæ, & virtutum lau[illegible]e in Imperio Romano notiſſimus, pleriſque Principibus, & imprimis Carolo V. Imp. chari[illegible]mus, uxorem habuit VValpurgam, Comitis ab Egmont filiam, quæ ipſi duas peperit filias, Eliſabetham, quæ virgo obiit 1[illegible]3. & Magdalenam, nuptam docto illi Hermanno Comiti de Nevvenar. Egmontanâ mortuâ duxit JULIANAM, Bothonis Com. à Stolberg filiam, [illegible]pi Com. in Hanavv Minzenberg viduam, quæ huic quinque libe[illegible] & in his filiam poſtumam peperit, & poſt VVilhelmo, iſtorum libe[illegible]rum tutori 1531. nubens, numeroſa prole eum beavit, & ex ſingulari D[illegible] beneficio plures quàm CLX. liberos ex ſe & natis ſuis vidit, & nume[illegible]e potuit, matris, aviæ, & proaviæ nomen ſortita.

WILHELMUS. VVilhelmus cum de jure communi in Principatu Auraico ab inteſtato ſuccedere debuiſſet, mediante Mariâ Belgij gubernatrice, coram qua Renati teſtamentum apertum & publicatum eſt, poſt etiam interveniente tranſactione Caroli V. Imp. 1545. controverſia inter patrem & filium compoſita eſt, ut VVilhelmus pater filio natu maximo VVilhelmo juniori Principatum Auraicum, & Comitatus, ac Baronatus in Brabantia, Burgundia, & Ducatu Lucemburgico, cum omnibus aliis bonis, actionibus, & juribus, quæ Princeps Renatus vivens poſſediſſet, & poſt ſe reliquiſſet, conceſſerit, & ſic hic VVilhelmus junior, Princeps Auraicus factus ſit. Hunc, cùm nondum primum & viceſimum annum attigiſſet, Carolus Imp. omnib[illegible]s ſuis copiis præpoſuit. Interfuit etiam prœlio, quo Cæſar Gallos ad S. Quintinum ſuperavit. In bello civili ob religionem & patriæ libertatem ſuſcepto, contra Hiſpanum, ejuſque Præfectos, ſummus militiæ Dux ab Ordinibus Belgij confœderatis conſtitutus, Anno 1582. à Iohanne Iauregio Cantabro, 18. annorum adoleſcente, à mercatore Hiſpano conducto, ictu ſclopeti per utramque maxillam trajectus, bienno poſt, nempe 1584. 30. Ian. à ſicario ab Hiſpanis ad hoc ſcelus conducto, tribus globulis venenatis è ſclopeto emiſſis eſt interemptus. Uxores habuit quatuor. 1. Anna, Maximiliani Comitis Burani filia, quæ ei in dotem Comitatum Burenſem, & Lehrdamenſem, cum Baronatu Iſelſtein attulit: ex qua genuit Philippum VVilhelmum, **PHILIPPUS VVILHELMUS.** quem XL. annorum juvenem, Lovanio ex Academia in Hiſpaniam miſit Albanus, ubi in duro carcere detentus fuit, donec ab Alberto Archiduce Auſtr. liberare[illegible]r; & Mariam, nuptam Philippo Hohenlohico. 2. Anna Maria, Mauritij Elect. Saxoniæ filia, mater Mauriri j, **MAURITIUS.** (qui Paternarum virtutum imitator, eidem ſucceſſit in adminiſtratione quarundam Provinciarum, factus Præfectus quoque Generalis ab Ordinibus Provinciarum Belgij fœderatarum anno æt. XX. Cujus res præclarè geſtas, Meteranus, Thuanus, & alij *deſcripſerunt.*) it. Annæ, VVilhelmo Ludovico Naſſov. & Æmiliæ, Carolo Emmanueli Portug. Principi nuptæ. 3. Carola Mompenſeria, ex qua VI. filiæ in ſchemate notatæ. 4. Collignia, ex qua natus Henricus Fridericus, **HENRICUS FRIDERICUS.** qui res fœderatarum Provinciarum glorioſis victoriis auxit, & fratrem ſuum Mauritium, Patrem Patriæ, & Vindicem libertatis, æquavit, præter prœlium Neuportanum. Unicum hic habuit filinm VVilhelmum, **VVILHELMUS.** cui decem ſeptem annorum menſe Aprili 1041. deſponſatur Maria, Caroli Regis Angliæ filia.

IOHANNES. Johannes, VVilhelmi Naſſovij in Dillenberg filius, curriculum ſtudiorum abſolvit Argentorati, & in aula Ducis Iuliacenſis aliquamdiu commoratus eſt. Tres habuit ordine uxores, ex quibus XXV. liberos procreavit, annumeratis tribus abortivis. Ut ſuprà de illius matre dictum, eam [illegible]LX. ex ſe & natis ſuis deſcendentes vidiſſe: Ita hic octoginta quinque liberos, ex ſe natiſque ſuis, numerare potuit. Filios a. è teneris piè & rectè inſtitui curavit. Uno eodemque tempore Principem Mauritium cum

X quatuor

quatuor filiis, VVilhelmo Ludovico, Johanne, Georgio, & Philippo, & quatuor Comitibus Bergenſibus, ſuæ ſororis filiis, ſtudio[illegible]m cau[illegible] Heidelbergam miſit, quibus magiſtrum morum præfecit Ottonem à Grunrod, & quatuor præceptores cum nonnullis famulis addidit, & ibi magnis ſumptibus aluit. Pietatis ſtudioſiſſimus, Auguſtanam Confeſſionem à patre VVilhelmo in ſuæ ditionis Eccleſias introductam, conſervav[illegible] & propagavit. Paucis ante obitum annis in ſuo concla[illegible] ad parietem hunc rythmum Germanicum, & ſequens diſtichon aſcribi curavit:

Wer da ſtirbt ehe er ſtirbt/
Der ſtirbt nicht wann er ſtirbt.

Securus moritur, qui ſcit ſe morte renaſci,
Non mors hæc dici, ſed nova vita poteſt.

COMITES IN LEININGEN.

DE Illuſtriſſimis Comitibus Leiningiis ita res habet. Duæ horum ſu[illegible] familiæ planè diſtinctæ, Daxburgica, & VVeſterburgica, quarum n[illegible]tra alteri Leiningiæ familiæ titulum præbe[illegible]. Henninges un[illegible] utraq; facit, ac ita agnatas, quin VVeſterburgiam tantum non loco po[illegible] unde à Comite Johanne Ludovico Conſiliario Imp. etiam confica[illegible]io libri quæſita, nec aliter fatisfecit, quam ita ſibi communicatum ſchema à VVeſterbergiis cauſatus, imprudenti impoſ[illegible]ſſe. idem [illegible]nia Leiningiorum alibi ingenuis de Laymingen tribuit, quo maxime ſunt offenſi Comites. Aj[illegible]nt autem, hoc modo VVeſterburgios commune aſciviſſe nomen: C[illegible] quidam ex Leiningiis Landgravii titulum obtinuiſſet, viro non niſi filiam fui[illegible]e, quam deſponderit Domino de VVeſterburg. Ea animo adhærebat alii ex agnatis Leiningiis Comiti, quamvis diſſenſum patri renudare haud ſatis auderet. Tandem tamen confirmatam p[illegible]iteras à Leiningio, cùm in præſentia Elect. Palat. & Epiſc. VVormatienſis copulanda eſſet Sponſa Sponſo, cùm aſſenſus vox expectaretur, negaſſe: Leiningium autem, qui in turbam inſinuaverat ſe, clara voce jus ad ſponſam ſuam interfatum, properè ſe denuò proripuiſſe. Patrem tandem paſſum eſſe, ut Leiningius ſibi haberet, ſed exheredatam: utpote qui hereditatem conſenſu Dominorum feudalium, [ex quibus tamen Palatini, & VVormatienſes, non paucos pagos ſibi ſervarunt] VV[illegible]ſterburgio deſtinato genero tranſcripſerit. Ab hoc VVeſterburgio derivantur moderni. Johann. Ludovicus autem Leiningo-Daxburgicus Imp. Conſiliarius aulicus eò jam rem in Imperiali tribunali deduxerat, ut titulo & confœderatione hereditaria contenti illi eſſe vellent, ac reliquis cedere cùm verò nimia exigeret, mortuus eſt, & ipſorum ſpes Leiningiorum evanuere. Inſignia utriuſq; familiæ ſunt tres aquilæ volantes, ſed in Daxburgicorum aquilis pons ſupereminet, cujus rationem reddere nequeunt, & ſupradicto Leiningio tanquam notæ loco injunctum eſſe arbitrantur aliqui.

EMICO. A. C. 210. Emico Comes Leiningenſis cum ceteris Comitibus, Oſvvaldo Com. Sternbergio, Erneſto C. Braunbergio ad Imp. Severum Moguntiam profectus eſt.

VVEIBRECHT. VVeibrechtus Com. Leiningenſis ludo Eq. Magdeburgi 942. Rotenburgi 948. & Conſtantiæ interfuit. Henrici Aucupis contra Hunnos ſupremus Equitum Dux. 935.

Vid. Pandect. Triumph. Fr. Modij.

FRIDERICUS. Fridericus Torneamento Conſtantiæ interfuit, 948.

SCHAFFARDUS Schaffardus ludo Eq. à Cunrado II. Treviri celebrato interfuit roto

uxor Margareta Rudolphi Magni March. Badenſis filia, *(a)* S. Heribertus factus Ep. Col. Ann. 1000. monaſterium Tuirſch è regione urbis Coloniæ fundavit, Ottoni Imp. à conſiliis intimis † 1020. in dicto monaſterio ſepultus. **Bucelin.** *obiiſſe ſcribit 17. Cal. Apr. 1021.*

(a) Reichardus ſ. Reinhardus 1094. ux. Adelheidis. *(b)* Imbricus ex Præpoſito Moguntino Epiſcopus Auguſtanus factus ab Henrico III. 1063. vir conſultus & gravis. Hic pacem inter Henricum Imp. & Elect. Saxoniæ compoſuit, cœnobium D. Martini Auguſt. Vindelic. extruxit 1071. † 1077. **REICHARDUS.**

(b) Gerlacus, Sigfridus Epiſcopus Spirenſis à Cunrado Duce Sueviæ, capta Spira, dignitate privatur 1131. ſed urbe à Lothario Imp. recepta reſtitutus 1133. templum Cathedrale, igne correptum, reſtauravit 1137. † 1142. (Buc. l. 1141.) S. Bernhardo hic familiaris fuit. Enno ſ. Hermannus cœnobium Munchrod in Comitatu Ottingenſi fundavit, cui uxor Adela. Albradis ob. virgo. Emico I. interfuit ludo Eq. Gottingæ 1110. Hic XII. M. Crucigeros ſub Cunrado III. Imp. in Aſiam ducturus, à Colomanno R. Ungariæ victus eſt, 1069. ux. Aldradis, VValravi Com. Naſſoviæ filia, 1146. monaſterium Henningen fundavit. Mechthildis, nupta Johanni Domino Liechtenbergico. Hezelinus Epiſcop. Herbipol. 1130. ſubitaneâ morte extinctus 1131. ſedit menſes 14. (Buccel. præfuiſſe ann. 14. *ſcribit.*) Guntherus Epiſcopus Spirenſis poſt Sigfridum, 1142. monaſterium Maulbrunnenſe fundavit. Huic Fridericus I. arcem *Barbenſtein* dono dedit 1152. † 1156. Maulbrunnæ ſepultus. Scripſit ſe Com. Leining. Feurbach, & Rixingen, Dominum Lambsheim, & Durckheimij. **GERLACUS. SIGFRIDUS. ENNO. EMICO I.**

Emico II. interfuit ludo Eq. Tiguri 1165. uxor Elisa . . . . . *(c)* Heſſus interfuit ludo Eq. Coloniæ 1179. Embricus monaſterium S. Iacobi Ord. Benedict. Herbipoli fundavit, ibique Epiſcopus fuit. Huic Imper. Lotharius Ducatum Franconiæ, ab Henrico V. præreptum, reſtituit. † 1147. Eum Conradus Imp. Conſtantinopolin miſit ad Emmanuelem Imperatorem Orientalem, in quo itinere obiit Aquilegiæ . . . . **EMICO II. HESSUS.**

(c) Hermannus † puer, Eberhardus, Adolphus, Catharina, nupta Philippo juniori Com. Naſſov. VVeilburgico. Fridericus arcem Hartenburgenſem ædificavit. Ux. 1. Bertha, Alberti divitis Com. Habsburgenſis filia. 2. . . . . . . Com. Eberſteinij. *(d)* Aimondus Advocatus Monaſterij Altorfenſis 1230. ux. Gertrudis, Alberti Com. Dagsburgenſis filia, vidua Leopoldi, ſ. Theobaldi Ducis Lotharingiæ. **FRIDERICUS. AIMONDUS.**

(d) Bertholdus Epiſcopus Bambergenſis 1258. † 1285. 17. Maji. Henricus Epiſcopus Spirenſis, 1245. † 1275. Cancellarius Imp. VVilhelmi. Fridericus II. Hic Dagsburgica feuda ab Abbate Maurbacenſi accepit, 1240. ux. Adelheidis, Com. Kyburgici filia. *(e)* Emico III. Judex Provincialis in Diœceſi Spirenſi, 1268. † 1299. uxor Catharina Ochſenſteinia. Filia, uxor VVerneri de Polanden. **BERTHOLDUS. FRIDERICUS II. EMICO III.**

(e) Henricus in ludo Eq. Schvveinfurti 1296. Fridericus III. Co. Leining. & Dagsburg. Henricum Com. Epſteinij cepit, qui ſe mille marcis argenti redemit. Uxor 1. Eliſabetha Appermontana. 2. Johanna Daxburgica † 1316. *(f)* Emico IV. occubuit in ſylva Hercinia cum aliis quinque Comitibus. Uxor Clara, Com. Vinſtingenſis filia. **HENRICUS. FRIDERICUS III. EMICO IV.**

(f) Ex prima, Fridericus in ludis Equ. Ingelheimij 1332. Ux. Sophia, Com. Friburgi. *(g)* Mathildis, nupta Georgio Com. Veldentiæ. Iutta, nupta Hanemanno Domino Liechtenbergico. Feriata ſ. Helena, nupta Henrico Com. Sarvverdenſi. Ex ſecunda: Joffridus Com. Leining. & Daxburg. Landgravius Alſatiæ. Uxor 1. Agneta, Ottonis de Ochſenſtein filia. *(h)* 2. Mechtildis, C. Salmenſis in Lotharingia. *(i)* Emico Epiſcopus Spirenſis LIII. (Buccel. 54.) 1314. † 1328. 29. April. Fridericus 1337. **FRIDERICUS IV. JOFFRIDUS.**

FRIDERICUS V. *(g)* Fridericus V. uxor .... Com. Limburgi. Fridericus ſenior Præpoſirus VVormatienſis. Fridericus junior & VI. Uxor Iolantha, VVilhelmi I. Ducis Iuliacenſis filia, quæ obiit 1357. Gutta, nupta Johanni VVild. & Rheingrav. in Grumbach. Elga, nupta Henrico Comiti Bipontino. Uda ſive Iola, nupta Arnoldo Comiti Egmondano.
FRIDERICUS VI.

FRIDERICUS VII. Fridericus VII. Landgr. Leiningenſis. Margareta, H[illegible] Marchionis Hochburgici filia. Margareta, nupta Reinhardo Com. VVeſterburgi[illegible]o.

HESSUS II. Heſſus II. Landgravius Leiningenſis, erat ſuo tempore d[illegible], & potentiſſimus in ſua familia, quo, anno 1467. ſine prole mortuo, ſoror hereditatem fratris prætendit, & ope Friderici Victorioſi Elect. Palat. terras fratris occupavit, & cum VVeſterburgico partita eſt: ideò ille ab Imp. proſcriptus; quæ tn. proſcriptio ob potentiam Electoris effectum non habuit. Ab eo tempore VVeſterburgici ſe Comites Leiningenſes ſcripſére. Uxor Eliſabetha, Erneſti Ducis Bavariæ filia. Fridericus † cœlebs 1448. Egon † puer. Godefridus † in juventute.

FRIDERICUS. *(h)* Fridericus ſ. Frizmannus. Uxor ...... Com. Rixingenſis filia.
IOFFRIDUS. Joffridus ſ. Schaffradus II. Com. Leining. & Rixingen. Uxor Margareta, Rudolphi M. March. Badæ filia. Fridericus Canon. Colon. 1397.
IOHANNES. Johannes Com. Leining. & Rix. interfuit Concilio Conſtantienſi. 1414.
HENRICUS. ux. Elſa, Henrici Com. Luzelſteini filia. Henricus † improlis. Fridericus Can. Argentinenſis 1437. VValpurgis, nupta Iohanni Com. Spanheimenſi. Rudolphus Com. Leining. & Rixingenſis. Agnes, Hermanni
WECKERUS. VVeckeri Com. Bipontini, & Bitſchæi filia. VVeckerus. Uxor Maſſa Comitiſſa d' Atmois. Fridericus Can. Argentor. 1452. & Trevir. 1455. Henricus Canon. Argent. 1459. Iohannes Canon. Argentor.

HANEMANNUS. Hanemannus Com. Leining. & Rixing. Dominus Forbacenſis. ux. Adelheidis, Domini Sirkenſis, & Forbacenſis filia, ex qua Eliſabetha, nupta Emiconi II. Com. Falkenſteinio, Domino Oberſteinio: & VValpurgis, nupta Iohanni ab Hohenfels, Domino in Reipolzkirchen. *(i)* Agnes, nupta Philippo Com. Sylveſtri, Domino Novæbambergæ. Iohannes Canon. Argent. Præpoſitus Spirenſis ad S. Guidonem. Ioffridus Can. Mo-
EMICO V. guntin. Cuſtos Colon. Præpoſitus Pfedersheim. Nicolaus † puer. Emico V. Com. Leining. Dominus Hartenburgi, Eq. Præfectus Provincialis in Diœceſi Spirenſi. Uxor 1. Luchardis, Cunonis Com. Falckenſteinij filia. *(k)* 2. Margareta Landgravia Burgundiæ Com. Kyburgenſis. *(l)*

(k) Anna, nupta Engelhardo juniori Com. Ioffridus Archiepiſcopus Moguntin. 1295. Johannes interfuit Concilio Conſtantienſi, 1414.

(l) Anaſtaſia, nupta Friderico Com. Kyburgenſi, Eberhardus Can.
GEORGIUS. & Scholaſt. VVormatienſis, † 1380. Georgius in ludo Eq. Schafhuſiæ,
EMICO VI. Emico VI. Com. Leining. Præfectus Provincialis Alſatiæ 1394. in lud. Eq. Heidelbergæ 1409. in Concilio Conſtant. 1414. Uxor 1. Clara, Ulrici Com. Vinſting. filia. 2. Rudolpha, Bernhardi March. Badenſi, Co. Spon-
SCHAFFRADUS. heim. filia. Schaffradus à Iacobo & Ludovico, Dominis Liechtenbergicis captus, & ſexennium in cuſtodia detentus, à Friderico Imp. liberatur, ipſi verò proſcripti ſunt. Uxor Catharina Schenfauſtia d. 1432. improlis. Bernhardus primò Monachus, deinde Laicus factus. Nicolaus Canon.
EMICO VII. Colon. & Argentor. Philippus Canon. VVormat. 1441. Emico VII. Co. Leining. & Daxburg. Dominus Appermontij, fratri Bernhardo patriam hereditatem ceſſit, annuo contentus reditu. Ux. 1. Margareta, Stephani Bavariæ Ducis filia. 2. Anua, Stuarti D. Appermontij filia *(m)* Georgius Canon. Mogunt. Colon. Trev. & Argent. † 1370. Antonius Præpoſitus Sebuſienſis, 1467. Dietericus Eq. Ordinis Teutonici. Margareta, VVinchio Dhunenſi, Domino in Oberſtein, Anaſtaſia, nupta Iacobo Com. Mörs & Sarvverdano.

(m) Catha-

(m) Catharina, nupta Pilippo II. Com. Naſſavv VVeilburg. Beatrix
Monialis Popparpiæ. Anna Monialis ibidem. Emico VIII. à Maximilia- **Emico VIII.**
no I. proſcriptus, & à Ludovico Elect. Palat. executore captus, libera-
tus 1526. obiit 1528. Uxor Agneta, Godefridi Domini Epſtein, & Mun-
zenberg, Com. Diezij filia. (n) Fridericus † cœlebs. Sigebertus † 1508. **Fridericus.**
Margareta Canoniſſa Colon. 1437. † 1457. Amœna monialis Vallis Ma-
riæ propè Aivillam. Heſſus III. uxor Magdalena Com. Grandbrevia, **Hessus III.**
unde Ludovicus Philippus, & duæ filiæ.

(n) Apollonia monialis, Margareta monialis, 1502. Barbara Ab-
batiſſa S. Mariæ Poppardiæ. Anna monialis Coloniæ. Emico IX. natus **Emico IX.**
1498. † 1541. uxor Catharina, Iohannis Ludovici Com. Naſſ. Saræponta-
ni filia, & heres. (o) Engelbertus natus 1499. hic magnam ſtructuram **Engelbertus**
Hartenburgi ædificare cepit, † 5. Maji, 1553. Ludovicus natus 1500. ha- **Ludovicus.**
bitabat Fridelsheimiæ; hic ad Ingelhemium in venatione ab Alberto Naſ-
ſovio cùm cervum mittere vellet, improviſo globo interfectus eſt. Phi-
lippa nata 1504. nupta Georgio Baroni à Criechingen. Philippus natus
1505. † cœlebs. Chriſtophorus † cœlebs, 1540. Georgius improlis. A-
pollonia junior, nupta 1. Philippo Com. Naſſ. Saræpontano, & Lahren-
ſi. 2. Iohanni Iacobo C. Eberſteinio in Fravvenburg. Iohann. Henricus
† improlis, Can. Trevirenſis. .... nupta 1. .... Domino
Longevallio. 2. Claudio Buſſulio.

(o) Johannes Philippus natus 1539. 25. Dec. † 1562. ux. Anna, Io- **Iohannes**
hannis Georgij Com. Mansfeldiæ filia, quæ † 1621. (p) Margareta † **Philippus.**
virgo Saræponti. Emico X. natus 1540. † 1593. uxor Urſula, Georgij L. **Emico X.**
B. Flekenſteinij filia, quæ † 1595. (q)

(p) Emico XI. poſtumus natus 1562. † 1607. Darmſtadij. Uxor Ma- **Emico XI.**
ria Eliſabetha, VVolfgangi Com. Palat. Rheni filia, 2. Sept. 1585. An-
na Eliſabetha † puella. Iohann. Philippus natus 1588. † 1643. uxor 1. Eli- **Iohannes**
ſabetha Emiconis XI. Com. Leining. filia, † 25. Octob. 1622. 2. Anna Iu- **Philippus.**
liana, Othonis Com. Rheni in Kirburg, & Salm. filia, † 28. Oct. 1626. 3.
Anna Eliſabetha, C. ab Ottingen, Gothofredi Henrici Mareſchalli, & Com.
à Pappenheim vidua, d. 12. Iul. 1642. nupſit tertiùm Georgio VVilhel-
mo Com. Palat. Rheni in Birckenfeld, 7. Mart. 1649. (r) Emico † puer,
VVolfgangus † cœlebs. Fridericus natus 1593. ux. 1. Maria Eliſabetha, **Fridericus.**
Ludovici Com. Naſſ. Saræp. fil. (s) Anna Dorothea † puella. Georgius
Adolphus natus 23. Mart. 1597 † cœlebs, 24. Dec. 1624. Anna Iuliana,
nupta Iohanni Caſimiro Rheingravio, qui † 1651. (q) Eliſabetha, nu-
pta Iohanni Philippo agnato. Anna Maria, nupta Georgio Com. Orten- **Iohannes**
burgico. Iohann. Ludovicus natus 1579. 18. Maji, † 19. Iun. 1625. uxor **Ludovicus.**
Maria Catharina, Ludovici Com. Sulz filia, † Falcoburgi. (t) Philippus **Philippus**
Iacobus † puer. Philippus Georgius in Dagsburg, natus 1582. 26. Iul. † **Georgius.**
ux. Anna, Georgij Com. Erbacenſis filia, † 1650. (u) Maria Urſula, nu-
pta 1. Arnoldo Com. de Manderſcheid. 2. Erneſto Friderico C. Salmenſi
Rifferſcheid. 3. Maximiliano Pappenheimio Landgravio Stullingenſi.

(v) Fridericus Emico natus Hartenburgi, 9. Febr. 1621. uxor Si- **Fridericus**
bylla, Chriſtiani Com. VValdeccij filia, 1644. (x) Iohann. Philippus in **Emico.**
Bockenheim natus 18. Febr. 1622. uxor 1. Agnes, Chriſtiani C. VValdec- **Iohannes**
cij filia 1650. † 29. Nov. 1651. ex qua Margareta. 2. Eliſabetha Charlotta, **Philippus.**
Henrici VVilhelmi Com. à Solms filia. Adolphus Chriſtianus natus 12. **Adolphus**
Oct. 1623. occiſ. in prœlio ad Vallem Mariæ 1645. **Christianus.**

(y) Magdalena Ludovica nata 16. Oct. 1929. Maria Eliſabetha na-
ta 20. Sept. 1631. † 12. Febr. 1632. Friderica nata 1633. † 1635. Anna So-
phia nata 20. Iul. 1634. † 24. Iun. 1637. Iuliana Chriſtiana nata 29. Nov.
1635. Erica Eliſabetha nata 1. Nov. 1636. † 4. Maji, 1638.